Cantuar:

Acta habita et facta:

Erant

in negotio Confirmationis Electionis de persona Reverendi in Xpo patris et Dni Dni Richardi Bancrofte divina providentia London Episcopi in Archiepum Cantuarien electi facte et celebrate, in Capella infra Mancrium Archiepale Cantuarien apud Lambehith die Lune Decimo viz die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram Reverendis in Xpo patribus Dnis Tobia Dunelmen, Johanne Roffen, Anthonio Menevien, Richardo Cestren, Anthonio Cicestren, et Martino Elien respective Epis Serenissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c ad infrascripta Commissarijs cum hac clausula quatenus vos aut ad minus quatuor vrum &c specialiter et ltime deputatis, in pntia mei Johannis Goston no(tar)ij pub(lic)i &c

Dictis die horis et loco post Letaniam

decantatam et Concionem per venerabilem virum magrum Willimum Barlowe sacre theologie professorem Decanum Cestren factam finitas; Comparuit personaliter venerabilis et egregius vir Edwardus Stanhope Miles legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis sedis Archiepalis Cantuar, et ex parte prefati Serenissimi Dni nri Jacobi Regis &c presentavit eisdem Reverendis patribus Dnis Tobie Dunelmen, Johanni Roffen, Anthonio Cicestren, et Martino Elien respective Epis lras Commissionales Dni nri Regis de assensu suo regio eidem electioni adhibito etc in forma predict fact ac sigillo magno Anglie sigillat gerentes dat Quinto die mensis Decembris Anno regni eiusdem Dni nri Regis Anglie ffrancie et Hibernie fidei defensoris &c Secundo, et Scotie Tricesimo octavo: Quibus de mandato eorundem Reverendorum patrum per dictum Dnm Edwardum Stanhope public lectis, ijdem Reverendi patres iudicialiter et pro Tribunali sedentes, ob honorem et reverentiam dicti Serenissimi Dni nri Regis acceptarunt in se onus executionis dictarum Lrarum Commissionalium, et decreverunt procedend fore iuxta vim formam et effectum earundem, et assumpserunt me prefatum Johannem Goston notarium publicum in actorum scribam huius negotij Confirmationis et agendorum in eodem. Et tunc comparuit personaliter venerabilis vir magr Georgius Newman legum Doctor qui exhibuit procuratorium suum lratorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo eccl(es)ie Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar, sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat et fecit se partem pro eisdem, ac presentavit eisdem Reverendis patribus dictum Reverendum patrem Dnm Richum Epum London Electum Cantuar antedict ac ipsum e regione sistebat: Deinde prefatus magr Georgius Newman nomine procuratorio dictorum Decani et Capituli eccl(es)ie Cantuar predict exhibuit mandatum citatorium originale contra oppositores &c alias emanatum unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi &c public preconizari, Ad cuius petitionem facta trina publica preconizatione ad foras exteriores dicte Capelle infra Mancrium predictum omnium et singulorum qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, et nullo eorum comparente, nec aliquid in ea parte dicere excipere vel opponere curan, Prefatus magr Georgius Newman nomine procuratorio quo supra accusavit contumacias eorum et cuiuslet eorundem, et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces, ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi petijt viam ulterius opponendi in ea parte contra huiusmodi electionem, formam eiusdem, aut personam electam eis et eorum cuilet precludi, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedend fore decerni, ipsorum sic citatorum, preconizatorumque et non comparentium absentijs sive contumacijs in aliquo non obstan; ad cuius petitionem prefati Reverendi patres pronuntiarunt eos omnes et singulos contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in ea parte electam eis et eorum cuilet precluserunt, necnon ad ulteriora in dicto electionis negotio, iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedend fore decreverunt, prout in schedula per prefatum Reverendum patrem Dnm Dunelmen Epum antedictum de et cum consensu et assensu Collegarum suorum predict secum assidentium lecta continetur; Qui quidem schedule sic lecte dci Reverendi patres Dni Tobias Dunelmen, Johannes Roffen, Anthonius Menevien, Richardus

Cestren, Anthonius Cicestren et Martinus Elien respective Episcopi Commissarij antedicti, nomina sua manibus suis proprijs respective subscripserunt, Quibus sic gestis, prefatus magr Georgius Newman nomine procuratorio quo supra dedit summariam peticionem in scriptis, allegando petendo et cetera faciendo prout in eadem continetur, Qua per me prefatum notarium publicum de mandato prefatorum Commissariorum publice lecta, dicti Reverendi patres ad eius peticionem admiserunt eandem quatenus de iure &c, et decreverunt procedend fore in dicto negotio summarie et de plano, et assignarunt ei terminum ad probandum hmoi summariam peticionem ad statim. Deinde dcus magr Georgius Newman nomine procurio quo supra in subsidium probationis contentorum in dicta summaria peticione exhibuit processum electionis de persona dicti Reverendi patris in Archiepiscopum et Pastorem ecclie Cathis et metropolitice Xpi Cantuar, per Decanum et Capitulum eiusdem ecclie fact et celebrat sub forma autentica concept, ac certificatorium super eadem electione dicto Dno Electo direct, sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) respective sigillat, nec non instrumentum publicum super consensu dicti Reverendi patris eidem electioni adhibit: Ac etiam exhibuit Lras patentes regias prius eidem electioni adhibit, sigillo magno Anglie sigillat, quatenus faciunt pro parte et intencione sua in dicta summaria peticione deduct, et non aliter neqz alio modo: Et tunc prefati Reverendi patres Dni Commissarij antedicti sive delegati ad peticionem prefati magri Georgij Newman assignarunt ad audiend sententiam ad statim: Deinde prefatus magr Georgius Newman, nomine procurio quo supra, petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice denuo preconizari; Ad cuius peticionem facta alia trina publica preconizacione oppositorum hmoi ad fores exteriores dicte Capelle et nullo eorum comparente, nec aliquid in hac parte opponere obijcere vel excipere curan, prefati Reverendi Dni Commissarij sive delegati ad peticionem prefati magri Georgij Newman (ut supra) accusantis eorum contumacias &c, pronunciarunt eos et eorum quemlibet in hac parte contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decreverunt procedend fore ad publicacionem sententie diffinitive sive finalis decreti in hmoi confirmationis negotio ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan, prout in schedula per prefatum Reverendum patrem Dnm Tobiam Dunelmen Epum antedictum de et cum consensu et assensu Collegarum suorum predict lecta continetur: Et tunc prestito Juramento per prefatum Dnm Electum ad sancta Dei Evangelia per eum corporalr tact et deosculat, de agnoscendo supremam potestatem regiam in causis eccliis ac temporalibus, ac de renunciando omnem et omnimodam forancam et extraneam potestatem autoritatem et superioritatem iuxta formam Statuti sive actus Parliamenti in ea parte editi et provisi, necnon Juramento de evitando simoniacam pravitatem iuxta Constituciones ecclicas in ea parte editas et provisas ac auctate regia promulgatas, dictus Reverendus pater Dns Tobias Dunelmen Epus antedcus de et cum consensu et assensu prefatorum Reverendorum patrum Dnorum Johis Roffen, Anthonij Meneven Richi Cestren, Anthonij Cicestren, et Martini Elien respective Eporum Collegarum suorum Commissariorum secum assidentium legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam in scriptis sive finale decretum in hmoi causa, pronuntiand, decernendo, declarando, confirmand, Ceteraqz faciend prout in eadem continetur: Qui quidem sententie diffinitive sic lecte dci Reverendi patres Tobias Dunelmen, Johannes Roffen, Anthonius Menevem, Richardus Cestren Anthonius Cicestren, et Martinus Elien respective Epi Commissarij regij antedicti nomina sua manibus suis proprijs respective subscripserunt; Presentibus tunc et ibm honorabilibus viris Dnis Thoma Egerton Barone de Elsmere supremo Cancellario Anglie, Thoma Buckhurst Comite Dorset summo Thesaurario Anglie, Lodovico Steward Duce Lenoxie, Carolo Howarde Comite Nottingham supremo Admirallo Anglie, Thoma Howard Comite Suffolcie magno Camerario hospitij Dni nri Regis, Carolo Blount Comite Devonie, Henrico Howarde Comite Northampton, Roberto Cecill Vicecomite de Cranborne ac principali Secretario dicti Dni nri Regis, Willmo Knowles Barone de Grayes ac Thesaurario hospitij Dni nri Regis, Edwardo Wotton Barone de Marleis ac contrarotulatore hospitij Dni Regis, Johanne Herbart milite secundo Secretario Dni nri Regis a secretioribus respective consilijs cum eodem serenissimo Dno nro Rege, Ac venerabilibus et egregijs viris Dnis Daniele Dun milite legum doctore Almc Curie Cantuar de Arcubus London Officiali, Edwardo Stanhope milite legum doctore Vicario in spualibus generali et Officiali principali sedis Archiepalis Cantuar, Richardo Swale milite legum doctore Curie Audient Cant causarum et negotiorum Auditore, Johanne Bennet milite legum doctore Curie Prerogative Cantuar magro Custode sive Commissario, Thoma Crompton milite legum doctore

Advocato regio, Thoma Nevile sacre theologie professore Decano ecclie Cathis et metropolitice -
xpi Cantuar', Lanceloto Andrewes sacre theologie professore Decano ecclie Collegiate Beati -
Petri Westmr, Thoma Blague sacre theologie professore Decano Roffen, Johanne Overall -
sacre theologie professore Decano eccle Cathis Sci Pauli London, Willimo Barlowe sacre theologie
professore Decano eccle Cathis Cestren, Thoma Montford et Willimo Hutchenson sacre theolo-
gie professoribus, Thoma Croke et Willimo fferrand legum respective Doctoribus, Abrahamo -
Hartwell generoso, Johe Drake et Georgio fforman notarijs publicis cum multis alijs in numero
copioso congregatis testibus &c./

Tenores vero tam lrarum patentium regie Maiestatis, quam -
etiam totius processus in dicto confirmationis negotio habit et fact, et
superius memorat sequuntur et sunt tales vizt./

Lre patentes
regie./

Jacobus Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor
&c, **Reverendis** in xpo patribus ac predilectis et fidelibus nris Tobie Dunelmen
Johanni Roffensi, Anthonio Menevensi, Richardo Cestrensi, Anthonio Cicestrensi, et Mar-
tino Eliensi respective Episcopis salutem: **Cum** vacante nuper sede Archiepali Cantuar'
per mortem naturalem bone memorie Johannis Whitegifte vltimi et immediati Archiepi et
Pastoris eiusdem, ad humilem peticonem Decani et Capituli Ecclie nre Cathis et Metropoliti-
ce xpi Cantuarien eisdem per lras nras patentes licentiam concessimus alium sibi eligend
in Archiepum et Pastorem sedis predict, Ac ijdem Decanus et Capitulum vigore et obtentu -
licentie nre Reverendum in xpo patrem ac predilectum et fidelem nrum Richardum Epum London
sibi et eccle predict elegerunt in Archiepum et Pastorem prout per lras suas Patentes sigillo -
eorum communi sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet. **Nos** electionem illam accep-
tantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus et adhibemus pariter et favorem, Et hoc
vobis tenore pntium significamus, ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo
mandantes, quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum eundem Richardum London Epum in Archi-
epum et Pastorem dicte Cathis et Metropolitice xpi Cantuar predict, Electionemque predcam
confirmare, Ceteraque omnia et singula peragere et perimplere que vro in hac parte incumbunt
officio pastorali iuxta formam Statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu:
In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmr Quin-
to die Decembris Anno regni nri Anglie ffrancie et Hibernie Secundo, et Scotie Tricesimo -
octavo, Per bre de privato Sigillo &c, Bruce. Ex:

Procuratorium Decani
et Capitli Cantuar'

Pateat universis per pntes, Quod nos Thomas Nevile sacre theologie pro-
fessor Decanus eccle Cathis et metropolitice Christi Cantuarien et eiusdem eccle Capi-
tulum in domo nra Capitulari capitulariter congregati, de vnanimi assensu et consensu nris -
venerabiles viros ac dilectos nobis in xpo prefatum Thomam Nevile, Carolum ffotherby, -
Archnum Cantuar, Gregorium Mylner prebendarios dicte eccle, Georgium Newman legum Doc-
torem, Thomam Iles notarium publicum, Johem Coston notarium publicum et Thomam Lovell
notarium publicum, coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolid, ita quod non sit melior conditio
primitus occupan, nec deterior subsequen, sed quod vnus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere -
prosequi valeat mediare pariter et finire, nros veros certos legitimos ac indubitatos procuratores -
actores, factores, negotiorumque nrorum gestores et ministros speciales et generales ad infrascripta -
omnia et singula nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per pntes: Damusque pariter et con-
cedimus eisdem procuratoribus nris coniunctim et eorum cuilibet (vt prefertur) per se divisim et insolid ptatem -
generalem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice et nominibus nris coram Reve-
rendo in xpo patre et Dno Domino Richardo providentia divina London Epo comparendi et interes-
sendi; Lrasque Certificatorias sive decretum de et super electione eiusdem Reverendi patris in Archi-
epum et Pastorem eccle Cathis et metropolitice xpi Cantuar predict per nos fact et confect, -
sigilloque nro Communi sigillat, eidem Reverendo patri realiter presentandi, exhibendi et ostendendi, -
ipsumque suppliciter et cum instantia, quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quatenus electi-
oni predict de persona sua (vt prefertur) facte et celebrate consentire, et consensum et assensum suos
eidem expresse prebere dignetur, rogandi et requirendi, necnon Electionem sive Certificatorium super
electione -

electione hmoi Serenissimo in Xpo Principi et Dno nro Dno Jacobo Dei gratia Anglie Scotie
Francie et Hibernie Regi fidei defensori &c intimandi et notificandi, ac eius consensum et assensum
regios in ea parte humiliter implorandi, ac decretum electionis predict, et personam per nos (vt
premittitur) electam, coram quibuscunqz personis regia auctoritate in hac parte legitime fulcitis pre-
sentandi et exhibendi, dictumqz decretum sive processum electionis predict et personam sic (vt
premittitur) electam, in debita iuris forma confirmari et approbari, defectusqz (si qui forsan in hac
parte intervenerint) debite suppleri petendi, requirendi et impetrandi, agendiqz et defendendi, ac
litem seu lites contestandi seu et contestari videndi, Articulum sive articulos, libellum sive libellos
seu quascunqz summarias petitiones dandi et proponendi, Testes, liras et instrumenta ac alia
quecunqz probationum genera producendi et exhibendi, testesqz hmoi iurari videndi et audiendi
in causa seu causis concludendi et concludi videndi, dictum Confirmationis negotium vsqz ad fi-
nalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendi, necnon administrationem omnium et singu-
lorum spiritualium et temporalium dicti Archiepatus Cantuar eidem Electo committi, ipsumqz
in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Archiepatus, Iuriumqz dignitatum
honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum vniversorum inducendum et inthronizandum
fore decerni petendi requirendi et obtinendi. Et generaliter omnia et singula alia faciendi,
exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna,
etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittimusqz
nos ratum gratum et firmum perpetuo habitur totum et quicquid dicti procuratores nri seu
eorum aliquis fecerit seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum, et in ea parte cautionem
exponimus per ptes. In cuius rei Testimonium sigillum nrum commune ptibus appo-
suimus. Dat in domo nra Capitulari Decimo septimo die mensis Novembris, Anno
Domini millesimo sexcentesimo quarto

Citacio oppositorum

Tobias Dunelmensis Johannes
Roffensis, Anthonius Meneuensis, Richardus Cestrensis
Anthonius Cicestrensis et Martinus Eliensis divina providentia
respective Episcopi, mediantibus liris Commissionalibus patentibus Serenissimi in Xpo
Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis
fidei defensoris &c nobis in hac parte directis, ad infrascripta legitime fulciti, Vniversis et
singulis dci Dni nri Regis subditis vbilibet constitutis, salutem. Cum vacante nuper Sede
Archiepali Cantuar per obitum bone memorie Dni Johannis Whitegifte vltimi Archiepi et
Pastoris eiusdem, Decanus et Capitulum ecclie Cathis et metropoliticae Xpi Cantuar predict
pro electione novi et futuri Archiepi et Pastoris eiusdem ecclie (licencia regia primitus in ea
parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint, atqz
in hmoi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, Reverendum
in Xpo patrem et Dnm Dnm Richardum Bancrofte providentia divina London Epum
in eorum et dicte ecclie Cathis et metropoliticae Xpi Cantuar predict Archiepum elegerint,
Cumqz dictus Serenissimus Dnus noster Rex ad humilem petitionem dictorum Decani et Capitli
eidem electioni de persona prefati electi (vt premittitur) facte et celebrate et persone electe
regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per easdem liras suas patentes
magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus personam electam
et electionem hmoi confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus
cum omni celeritate accommoda, prout per easdem liras patentes regias (ad quas habeatur
relatio) plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Serenissimi Dni nri Regis
mandatis pro officij nri debito parere, et in hmoi confirmationis negotio iuxta Iuris et
Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui
essent) qui contra dictam electionem seu formam eiusdem, personamve electam dicere excipere
vel opponere voluerint, ad diem locum et effectus subscript evocand et citand fore
decrevimus iustitia id poscente. Vobis igr conitim et divisim committimus et firmiter iniungend
mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie publice altaqz et intelligibili
voce infra ecclesiam Cathem Sti Pauli London, necnon per affixionem ptium in aliquo
loco convenien infra dictam ecclesiam Cathem, vel in alijs locis publicis vbi melius videbitur expe-
diens, omnes et singulos oppositores hmoi (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra
dictam electionem formam eiusdem, personamve in hac parte electam dicere, obijcere, excipere
vel

vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut quatuor nrum in Capella infra Manerium Archiepal Cantuar apud Lambehith in Comitatu Surr die Lune Decimo vizt die presentis mensis Decembris inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiend, contra dictam electionem, formam eiusdem, vel personam in ea parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et propositur, facturi, ulterius et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit, et dci negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma precitatis omnibus et singulis Oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hor et loco coram nobis comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam obijcere excipere et opponere curaverint, sive non, Nos nihilominus in dicto negotio iuxta Juris et statutorum huius regni Anglie in ea parte editorum exigentiam procedemus et procedere intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis, Nos dictis die hor et loco debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nrum mandatum fuerit executus prout decet. In cuius rei Testim sigillum Officij Vicarij in spualibus genlis sedis Archiepalis Cant presentibus apponi fecimus. Dat Londini Sexto die mensis Decembris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto.

Cert de Citatione

Reverendis in xpo patribus et Dominis Dnis Tobie Dunelmen, Johanni Roffen, Anthonio Meneven, Richardo Cestren, Anthonio Cicestren et Martino Elien respective Episcopis (mediantibus lris Commissionalibus patentibus Serenissimi in xpo Principis et Domini nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et hibernie Regis fidei defensor &c eis directis) ad infrascripta legitime fulcitis, aut quatuor vestrum, Vester humilis et devotus Johannes Hurlbut litteratus, vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus, omnimodas reverentiam et obedientiam debitas et condignas cum honore: Mandatum vrum Reverendum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend, Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui fuerint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, per publicationem istius vestri Reverendi mandati publice altaque et intelligibili voce ad portam exteriorem Chori eccle Cathis sancti Pauli London, necnon affixionem eiusdem mandati in valvis exterioribus Chori eiusdem eccle Cathis Sexto die presentis mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto iam currente inter divinorum solemnia dum maior in eadem ecclia ad divina audiend aderat populi multitudo et ibidem aliquamdiu dimiss peremptorie citavi, Quod comparerent et eorum quilibet compareret coram vobis aut quatuor vrum in Capella infra Manerium Archiepale Cantuar apud Lambehith in Comitat Surrie die Lune vizt decimo die presentis mensis Decembris inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et oppositur, facturique ulterius et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt: Et preterea eisdem oppositoribus omnibus et singulis sic (ut prefertur) citatis eisdem die et loco publice intimavi quod sive ipsi dictis die hor et loco comparuerint, et quod imperata sunt fecerint sive non, vos nihilominus aut quatuor vrum in negotio Confirmationis electionis retroscripte iuxta Juris et Statutorum in ea parte editorum exigentiam procedetis, aut procedere intenditis, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et sic huiusmodi Reverendum mandatum quantum in me fuit humiliter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum Commissarij generalis venerabilium virorum Decani et Capituli Eccle Cathedralis Sancti Pauli London presentibus apponi procuravi, Et nos Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat Octavo die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto.

Schedula prima con oppositores

In Dei nomine Amen, Nos Tobias Dunelmensis, Johes Roffensis, Anthonius Menevensis, Richardus Cestrensis, Anthonius Cicestrensis et

Martinus Eliensi providentia divina respective Episcopi, Serenissimi in Xpo Principis et Domini nostri Dni Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c, mediantibus suis literis suis Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarijs cum hac clausula, quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum &c specialiter et legitime deputati in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Xpo patris et Dni Dni Richardi providentia divina London Episcopi in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cantuar electi factae et celebratae, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, seu formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in debita iuris forma dicturos excepturos et oppositures, alias legitime et peremptorie citatos, saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cantuar predict pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam sic electam precludimus in his scriptis: Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan.

Summaria petitio

In Dei nomine Amen Coram vobis Reverendis in Xpo patribus Dnis Tobia Dunelmensi, Johanne Roffensi, Anthonio Menevensi Richardo Cestren Anthonio Cicestrensi et Martino Eliensi providentia divina respective Epis Serenissimi in Xpo Principis et Dni nostri Dni Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c, mediantibus literis suis Commissionalibus patentibus ad infrascripta Commissarijs, cum hac clausula quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum &c specialiter et legitime deputatis, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cantuar dicit allegat et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

1 **Inprimis**, viz, Quod Sedes Archiepalis Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cantuar predict, per obitum bonae memoriae Dni Johannis Whitegifte ultimi Archiepi Cantuar nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet.

2 **Item** Quod dicta Sede Archiepali Cantuar sic (ut premittitur) dudum vacante, ac corpore dicti Dni Johannis Whitegifte ecclesiasticae tradito sepulturae, Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae antedictae capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem et domum suam Capitularem Cantuar ad Electionem futuri Archiepi Cantuarien celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclesiae Canonicos et prebendarios ius vocis aut interesse in eadem electione habentes vel habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt. hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, viz, decimo septimo die mensis Novembris ultimo preterit, Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et dictae Ecclesiae consuetudine servandis), unanimiter et concorditer, nullo eorum contradicente ad Electionem futuri Archiepi Ecclesiae memoratae per viam seu formam Compromissi procedendum fore decreverunt, illamque viam seu formam unanimiter assumpserunt et elegerunt, necnon in venerabilem virum magistrum Thomam Nevile sacrae theologiae professorem dictae Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Xpi Cantuar Decanum, sub certis in processu eiusdem electionis expressatis legibus et conditionibus compromiserunt, Promittentes se illum accepturos in eorum et dictae Ecclesiae Archiepiscopum, quem dictus Compromissarius sub legibus et conditionibus predictis duxerit eligendum. Et ponit ut supra.

4 Item Quod dictus Compromissarius onus Compromissi huiusmodi in se acceptans, matura deliberatione apud se in ea parte habita, votum suum in Reverendum in Christo patrem Dominum Richardum Bancrofte London Episcopum direxit, ipsumque in Archiepiscopum et pastorem Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar predict, iuxta et secundum potestatem sibi in hac parte concessam, et compromissionem predictam elegit et Ecclesiae memoratae de eodem providebat, Et ponit ut supra /

5 Item Quod omnes et singuli dicte Ecclesiae Canonici et prebendarij in domo Capitulari predict tunc presentes et plenum Capitulum ibidem facientes, electionem predictam per eundem magistrum Thomam Nevile Compromissarium antedictum (ut premittitur) factam acceptarunt et approbarunt ac ratam et gratam habuerunt pariter et acceptam, Et ponit ut supra /

6 Item Quod electio huiusmodi et persona electa, die prenotato, in Ecclesia Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar predict, coram clero et populo tunc in multitudine copiosa ibidem congregatis debite publicatae et declaratae fuerunt, Et ponit ut supra /

7 Item Quod dictus Reverendus Dominus Electus huiusmodi Electioni de se et persona sua (ut premittitur) factae et celebratae ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli constitutus, debitis loco et tempore requisitus, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra /

8 Item Quod predictus Dominus Electus fuit et est vir providus et discretus, ac sacrarum literarum doctrina et scientia sufficienter imbutus, necnon vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus, et Ecclesiae memoratae apprime necessarius, Ac Domino nostro Regi, Regnoque suo et Reipublicae fidelis et utilis, Et ponit ut supra /

9 Item Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi Electionem et personam electam predicto Serenissimo Domino nostro Regi per literas suas patentes, sigillo eorum communi roboratas pro officij sui debito, iuxta formam Statuti huius Regni Angliae in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra /

10 Item Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli antedictorum eidem regiae sublimitati, processu electionis huiusmodi, Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia regia eidem electioni de persona prefati Reverendi patris Domini Richardi London Episcopi (ut premittitur) factae et celebratae, consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit, illamque ratam et gratam habuit et habet, hocque fuit et est verum publicum notorium, manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra /

11 Item Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex vobis Reverendis patribus antedictis de assensu et consensu suis regijs huiusmodi electioni (ut premittitur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum patentium serie vobis significando, mandavit, quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum, electionem predictam et eundem Electum confirmare, ceteraque peragere que vestris in hac parte incumbunt Officijs pastoralibus, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, ac Literarum patentium huiusmodi velitis cum favore, Et ponit ut supra /

12 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama: Unde facta fide de iure in hac parte requisita (ad quam faciendam offert se pars dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis) petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam, necnon literarum regiarum Commissionalium patentium predictarum vobis in hac parte factarum directarum seriem, Curamque regimen et administrationem Archiepiscopatus

Cantuar predict eidem electo committi, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuar, Juriumque dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, Supplendo defectus quoscumque in ea parte intervenientes, iuxta facultatem vobis concessam: Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis (Juris beneficio et dicti Domini nostri Regis gratia speciali in omnibus semper salvis) vestrum officium dni Judices delegati antedicti humiliter implorando. / &

Universis et singulis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit. **Thomas Nevile** sacre Theologie professor decanus ecclie Cathis et Metropolitice xpi Cantuar et eiusdem ecclie Capitulum salutem in authore salutis. Ad vestrorum omnium et singulorum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes, Quod vacante nuper sede Archiepali Cantuar per obitum bone memorie Reverendissimi in xpo patris et dni dni Johannis Whitegifte ultimi et immediati Archiepi et Pastoris ibidem. Nos decanus et Capitulum antedict, ne eadem ecclia Cathis et Metropolitica per suam diutinam vacationem gravia pateretur incommoda, habita prius et obtenta Licentia Illustrissimi in xpo Principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc, Ad electionem futuri Archiepi et Pastoris eiusdem procedere volentes, decimo die mensis Novembris Anno dni millesimo sexcentesimo quarto in domo nra Capitulari ecclie memorate Capitulariter congregat, et Capitulum ibm facientes, diem Sabbathi vizt decimum septimum diem mensis Novembris ac horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, ac domum Capitularem predict cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiendis, nobismetipsis ibm tunc presentibus, et alijs eiusdem Ecclie Canonicis et Prebendarijs absentibus, Jus vocis aut interesse in electione futuri Archiepi ecclie Cathis et Metropolitice xpi Cantuar predict habentes seu habere pretendentes ad electionem futuri Archiepi et Pastoris prefate ecclie (divina favente clementia) celebrand pro loco et termino competen prefiximus et assignavimus, ad quos quidem diem horas et domum Capitularem antedict, omnes et singulos Canonicos sive prebendarios predicte ecclie, Jus vocis aut interesse in huiusmodi electione, aut electionis negotio habentes in specie, ceterosque omnes alios et singulos (si qui essent) qui de iure seu consuetudine in hac parte Jus aut interesse habere pretenderent in genere Ad procedendum et procedi videndum nobiscum in eodem electionis negotio, ac in omnibus et singulis actis postea ad finalem expeditionem eiusdem iuxta morem antiquum et laudabilem consuetudinem ecclie predict in hac parte ab antiquo usitat et inconcusse observat, legitime et peremptorie citand evocand et monend fore decrevimus, et in ea parte Lras citatorias fieri in forma effectuali validas et assuet fecimus, Necnon potestatem et mandatum Dilecto nobis in xpo Johanni Cartwright Cantuar Dioces literato in ea parte commisimus, cum intimatione quod sive ipsi sic citati in huiusmodi electionis negotio die horis et loco predict comparuerint sive non, nos nihilominus in eodem negotio procederemus et procedere intenderemus, ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Quo quidem die Sabbathi vizt die decimo septimo mensis Novembris adveniente, inter horas prius assignat, Nos decanus et Capitulum antedictum (Campana ad Capitulum celebrand prius pulsata) domum Capitularem ecclie Cathis predict ingredientes et Capitulum ibm celebrantes in dilecti nobis in xpo magri Willmi Sommer notarij publici ac testium inferius nominatorum presentijs Licentiam Serenissime regie Maiestatis supradict, necnon Lras citatorias de quibus fit mentio unacum Certificatorio super executione earundem per eundem Johannem Cartwright mandatarium nostrum in hac parte antedictum coram nobis tunc et ibidem introduct et exhibit publice perlegi fecimus. Quarum quidem Licentie Lrarum citatoriarum et certificatorij tenores de verbo in verbum sequuntur et sunt tales. **Jacobus** dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc, Dilectis nobis in xpo decano et Capitulo ecclie nostre Cathis et Metropolitice xpi Cantuar, salutem, Ex parte vra nobis est humilr supplicatum ut cum ecclesia Metropolitica predict per mortem naturalem ultimi Archiepi eiusdem iam vacet, et pastoris sit solatio destituta, alium vobis eligend in Archiepum et Pastorem —

Licentiam nram fundatoriam vobis mittere dignaremur, Nos precibus vris in hac parte favorabiliter inclinantes alium vobis duximus concedend, Rogantes qd talem vobis eligatis in Archiepum et Pastorem qui Deo devotus nobisque et regno nro vtilis et fidelis existat. In cuius rei testimonium has lras nras fieri fecimus patentes, Teste meipso apud Westmon' Nono die Octobris Anno regni Anglie Francie et Hibernie Secundo et Scotie Tricesimo octavo, Per bre de privato sigillo, Bruw'

Thomas Nevile sacre theologie professor Decanus ecclie Cathis et metropolitice Christi Cantuar et eiusdem ecclie Capitulum, Dilecto nobis in xpo Johanni Cartwright literato salutem, Cum sedes Archiepalis Cantuar predict per obitum Reverendissimi in xpo pris et dni dni Johis Whitegifte vltimi Archiepi eiusdem iam vacet, et Archipresulis sive Pastoris solatio destituta existat, Nos Decanus et Capitulm predict in domo Capitulari ecclie antedicte die subscripto, atque ad effectum infrascriptum (Licentia regia primitus habit et obtent) Capitulariter congregati et Capitulum facientes, ne Archiepatus predict sue vacationis diutius deploraret incommoda, nobismetipsis pro tunc pntibus ac aliis Canonicis eiusdem ecclie tunc absentibus, Jus et voces in electione futuri Archiepi eiusdem ecclie hentibus, diem Sabbathi vizt decimum septimum diem mensis instantis Novembris ac horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei et domum Capitularem predict cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium (si oporteat) in ea parte fiend, ad electionem futuri Archiepi prefate ecclie (Deo favente) celebrand pro termino et loco competen prefiximus et assignavimus Necnon ad diem hor et locum predict omnes et singulos ipsius ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar Canonicos et prebendarios tam pntes quam absentes ius et voces in hmoi electione et electionis negotio habentes seu habere pretendentes, ad faciend exercend et expediend omnia et singula que circa electionem hmoi in ea parte necessaria fuerint, seu de iure aut consuetudine ecclie predict et huius inclite regni Anglie Statutis quomodolibet requisit, vsque ad finalem eiusdem negotii expeditionem inclusive per Citacionum lras sive schedulas in stallis prebendarum suarum iuxta morem preteriti temporis ac laudabiles consuetudines eiusdem ecclie hactenus in ea parte existat et observat affigend et ibm dimittend peremptorie citand et premonend fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur committimus et mandamus tenore pntium quatenus cites seu citari facias peremptorie omnes et singulos prefate ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar Canonicos et Prebendarios, tam per affixionem pntium in Stallo Decani in Choro eiusdem ecclie quam Citacionum lrarum sive schedularum in stallis Prebendar predict publice affix et ibm dimiss Quos nos etiam tenore pntium sic citamus, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis predicto decimo septimo die instantis mensis Novembris in domo Capitulari predictā inter hor nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequent (si oporteat) in ea parte fiend in prefat electionis negotio et in singulis actis eiusdem vsque ad finalem dicti negotii expeditionem inclusive fiend tunc processur et procedi visur, Ceteraque omnia et singula alia factur subitur et auditur, que hmoi electionis negotii natura et qualitas de se exigunt et requirunt. Intimando ex parte nra Citatis predictis omnibus et singulis, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, qd sive ipsi iuxta effectum Citacionis hmoi die hor et locis predictis nobiscum comparuerit sive non, Nos tamen eisdem die hor et loco in dicto electionis negotio vsque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive procedemus, prout de Jure et consuetudine ac huius regni Anglie Statutis fuerit procedend eorum sic citatorum absentiis sive contumac in aliquo non obstant. Et quod in premissis feceris nos dictis die hor et loco debite certificare cures vnacum pntibus: Dat in domo nra Capitulari decimo die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcenmo quarto.

Venerabilibus et egregiis viris magro Thome Nevile sacre theologie professori Decano ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar et eiusdem ecclie Capitulo, Vester humilis et devotus Johannes Cartwright Cantuar Dioces literatus vir ad infrascripta mandatarius vester et ltime deputatus omnes reverentiam et obedientiam cum obsequii exhibitione tantis viris debit, Mandatum vrum reverendum pntibus annex decimo die instant mensis Novembris humiliter recepi exequend, cuius auctoritate et vigore dicto decimo die Novembris per affixionem dicti vestri mandati in stallo vri prefati dni Decani infra Chorum eiusdem ecclie Cathis et metropolitice, atque per affixionem Citacionum schedularum in singulis stallis Canonicor et Prebendarior dce ecclie, iuxta vim formam et effectum mandati vestri Citatorii hmoi publice affixarum et ibm dimissarum, omnes et singulos Canonicos prebendas in dicta ecclia obtinentes in electione futuri Archiepi eiusdem ecclie, Ius vocem et interesse habentes aut habere pretendentes peremptorie citari feci: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in mandato vestro Reverendo predict specificatis, unacum continuatione et prorogatione dierum et horarum (si oportebat) extunc sequent vobiscum tunc et ibm in hmoi electione et electionis negotio iuxta iuris exigentiam et dicte ecclie Cathis consuetudinem processur et procedi visur, vsqz ad finalem expeditionem eiusdem inclusive, vlteriusqz factur in ea parte qd tenor et effectus dicti vestri mandati de se exigunt et requirunt: Intimando insuper et intimari feci eisdem sic citatis, qd sive ipsi dictis die hor et loco vobiscum comparuerint sive non, vos nihilominus eisdem die hor et loco cum continuatione et prorogatione dierum et horarum hmoi extunc sequent iuxta Iuris exigentiam et preteriti temporis observantiam in hmoi electionis negotio procedere intenditis, ipsorum citatorum contumacia absentiaqz sive negligentia in aliquo non obstan: Et sic mandatum vrum predictum in forma mihi demandata debite exequi feci et mandavi: Nomina vero et cognomina predictorum Canonicorum (vt premittitur) citatorum inferius describuntur. In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri Dni Archini Cantuar pntibus apponi procuravi: Et nos Officialis antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nrum hmoi pntibus apposuimus Dat quoad sigilli hmoi appentionem decimo quinto die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto.

Johannes Wynter, Johes Langworth, Robertus Hovenden, Nicholaus Simpson, Richus Colfe, Richus Byrde, Carolus ffotherby, Hadrianus Saravia, Martinus ffotherby, Richus Wood, Gregorius Mylner, Willmus Master, Quibus omnibus et singulis sic gestis et expeditis, omnibusqz et singulis dicte ecclie Canonicis Ius et voces in hmoi electione et electionis negotio habentibus seu habere pretendentibus ltime et peremptorie ad eosdem diem hor et locum citatis ad foras dicte domus Capitularis publice preconizat comparentibus personaliter vna nobiscum dicto Decano magris Johe Wynter, Richo Simpson, Richardo Colfe, Richo Birde Carolo ffotherby, Hadriano Saravia, Martino ffotherby, Gregorio Milner et Willmo Master prefat ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar Canonicis et Prebendarijs, Nos decanus et Capitulum antedict sic capitulariter congregati prenominatum Willmum Sumner notarium publicum in actorum scribam electionis predict assumpsimus, Necnon Thomam Cork generosum, Richum Clerke sacre theologie professorem et Willmum Walsall clericum in testes eiusdem electionis negotij et agendorum in eodem personaliter tunc presentes elegimus et eos rogavimus ibm nobiscum remanere: Et mox Nos Thomas Nevile decanus antedictus de consensu dictorum Canonicorum et prebendariorum tunc pntium in hmoi electionis negotio procedentes omnes et singulos alios Canonicos et prebendarios dicte ecclie ad eosdem diem horas et locum citatos publice alta voce preconizatos, diuqz et sufficienter expectat et nullo modo comparentes pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi ad vlteriora in dicto electionis negotio procedend fore decrevimus, ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstan in scriptis per nos sub hmoi verborum tenore lectis: In Dei nomine Amen, Nos Thomas Nevile sacre theologie professor Decanus ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar de vnanimi consensu et assensu Capituli eiusdem ecclie omnes et singulos Canonicos et prebendarios ecclie memorate ad hos diem et locum ad procedend in negotio electionis futuri Archiepi et Pastoris Ecclie Cathis predict iuxta morem preteriti temporis in eadem ecclia vsitatum et observatum ltime et peremptorie citatos, publice preconizatos, diuqz et sufficienter vizt in horas locum et tempus prius assignat expectatos et nullo modo comparentes pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi et eorum cuiuslibet decernimus Ius et potestatem procedendi in hmoi electionis negotio ad alios Canonicos comparentes spectare et pertinere, et ad vlteriora in eodem electionis negotio procedendum fore, ipsorum Citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan: Hijs expeditis, Nos Thomas Nevile Decanus antedictus de consimilibus consensu assensu et voluntate eorundem Canonicorum et Prebendariorum tunc pntium quandam monitionem et protestationem in scriptis simul redact et concept fecimus et publice tunc et ibidem legebamus sub hmoi qui sequitur verborum tenore vizt. **In Dei nomine Amen**, Nos Thomas Nevile sacre theologie professor Decanus ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar vice nostra ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum et Confratrum nostrorum hic iam pntium monemus omnes et singulos suspensos excommunicatos et interdictos (si qui forsan hic iam inter nos sint) qui de iure seu consuetudine aut quavis alia occasione seu causa in presenti electionis negotio interesse non debent, quod de hac domo Capitulari statim iam recedant, ac nos et alios de pnti Capitlo

ad quos Jus et potestas eligendi pertinent, libere eligere permittant, protestando omnibus via modo
et iuris forma melioribus et efficatioribus quibus melius et efficatius possumus et debemus
nomine nro ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum Prebendariorum et Confratrum
nrorum predictor hic iam pntium, qd non est nostra, nec eorum voluntas tales admittere
tanquam Jus voces et interesse in hmoi electione habentes aut procedere vel eligere cum eisdem,
Imo volumus et volunt qd voces talium (si qui postmodum reperiantur (qd absit) in hmoi
electione intervenisse nulli prosint auxilium, nec afferant alicui nocumentum sed prorsus pro
non receptis et non habitis, nullisqz et invalidis penitus et omnino habeantur et censeantur,
Canonicos vero omnes pntes pro pleno Capitulo eclie predict habendos et censendos fore
debere pronuntiamus et declaramus in his scriptis: **Consequenter** vero declarato
public per nos Thomam Nevile Decanum antedictum Capitulo, **Quia** propter
diversas &c, Expositisqz per nos tribus modis electionis, Cunctisqz Canonicis predict tunc
pntibus public preconizatis secundum quem modum sive quam viam illarum trium in dicto
Capitulo (**Quia** propter diversas &c) comprehensarum in hmoi electionis negotio
procedere voluerint, Nos Decanus et Capitulum antedict de et super forma electionis hmoi
ac per quam viam sive formam fuerit nobis procedend ad electionem futuri Archiepi eclie
Cathis et Metropoliticæ Xpi Cantuar predicte diligenter tractavimus, Et tandem nobis
Decano et Canonicis antedictis (ut prefertur) tunc ibm pntibus, et Capitulum in ea parte
facientibus visum est, et placuit nobis Decano ac omnibus et singulis supradictis Canonicis
nullo nostrum discrepante seu contradicente per viam seu formam Compromissi in hmoi
electionis negotio procedere, ac tunc et ibm in venerabilem virum magrum Thomam Nevile
Decanum antedictum sub certis expressis legibus et conditionibus, ita quod dictus Compromissarius
priusquam e domo Capitulari predict recederet, et antequam Capitulum hmoi solveret
bonum virum idoneum in Archiepum et Pastorem eclie memorate eligeret compromisimus,
promittentes nos bona fide illum acceptaros, et in nostrum et dicte eclie Archiepum, quem
ipse Compromissarius sub modo et forma prenotatis duxerit eligend et providend: his in
hunc modum dispositis prefatus magr Thomas Nevile Compromissarius antedictus onus
Compromissi hmoi in se acceptans vota sua in Reverendum in Xpo patrem et Dnm Dnm
Richardum providentia divina London Epum iuxta et secundum potestatem sibi in hac parte factam
et concessam, ac compromissionem predictam direxit, Ipsumqz in Archiepum et Pastorem
eiusdem eclie elegit et eclie predicte de eodem providebat, prout in schedula tenorem
et formam Compromissi electionis et provisionis Compromissi predicti + Continen per
eundem magrum Thomam Nevile publice lecta de verbo in verbum sequitur: **In Dei
nomine Amen** Cum vacante nuper sede Archiepali Cantuar per obitum
bone memorie Reverendissimi in Xpo pris Dni Johis Whitegifte ultimi Archiepi
et Pastoris eiusdem, vocatis et ltime premonitis ad electionem futuri Archipresulis
dicte sedis omnibus et singulis qui de iure vel consuetudine dicte eclie ad electionem hmoi
fuerint vocandi ac omnibus qui debuerint aut potuerint hmoi electionis negotio commode interesse
in domo Capitulari antefate eclie termino ad dictam electionem celebrand competente
prefixo et assignato pntibus et Capitulariter congregatis, placuerit Decano predict et eiusd
eclie Capitulo, nemine contradicente seu discrepante per viam seu formam compromissi de
futuro sedis predict Archiepo providere, ac mihi Thome Nevile eiusdem eclie Cathis et
Metropoliticæ Xpi Cantuar predict Decano Jus et vocem in hmoi electionis negotio habenti
Compromissario in hac parte specialiter et ltime electo, plenam et liberam dederint, et
concesserint potestatem auctoritatem et mandatum speciale die isto antequam ab hac domo Capitulari
recederem et recederent, ac Capitulo durante personam habilem et idoneam in Archiepum
et Pastorem dicte eclie et eidem providendi, prout ex tenore dicti Compromissi manifeste
liquet et apparet: Ego Thomas Nevile Decanus antedictus onus Compromissi hmoi acceptans
in Reverendum in Xpo patrem Dnm Richardum providentia divina London Epum vota mea
dirigens virum utiqz providum et discretum, literatum, scientia vita et moribus merito commendatum,
liberum et de ltimo matrimonio procreatum atqz in etate ltima et ordine
sacerdotali constitutum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, ac scientem
volentem et valentem Jura et libertates dicte eclie tueri et defendere vice mei, viceqz
loco et nomine totius Capituli eiusdem eclie, predictum Reverendum patrem Dnm Richardum
providentia divina London Episcopum premissorum meritorum suorum intuitu in Archiepum
et Pastorem eiusdem eclie Cathis et Metropoliticæ Xpi Cantuar infra tempus mihi ad

hoc datum et assignatum eligo in Communi et eidem ecclie provideo de eodem in hijs scriptis; **Deinde** Nos Decanus et Capitulum antedict prefatam electionem et personam electam ut pote rite factam et celebratam obuijs ulnis amplexantes, ac eam ratam gratam et firmam habentes eundem Reverendum Dnm Richardum Electum in Archiepum et Pastorem prefate ecclesie quatenus in nobis fuit aut est acceptavimus et electionem hmoi approbavimus: Consequenter vero nos Decanus et Capitulum antedict prefato magro Thome Nevile Decano predict potestatem dedimus et concessimus electionem nram hmoi et personam electam Clero et populo palam publicand declarand manifestand prout moris est atque in similib9 et usu laudabili fieri assolet. Postremo vero Nos Decanus et Capitulum antedictum domu nram Capitularem antedict egredientes, et Chorum ecclie memorate intrantes, hymnum (Te Deum laudamus) sermone Anglico per ministros Chori solemniter decantari fecimus: Quo peracto prefatus magr Thomas Nevile Decanus predict iuxta potestatem sibi elargitam ministris eiusdem ecclie ac plebi tunc convento electionem nram hmoi et personam electam verbo tenus publicavit et denunciavit ac declaravit: Que omnia et singula Nos Decanus et Capitulum antedict pro officij nri debito omnibus et singulis Sancte matris Eccle filijs duximus significari Et ut de premissorum veritate omnibus et singulis abunde constare possit Nos Decanus et Capitulum antedict presentis electionis nre processum signo, nomine, et cognomine ac subscriptione notarij publici subscript signari et subscribi, eiusque sigilli communis appensione iussimus et fecimus communiri: Acta in Domo nra Capitulari Decimo septimo die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, Regnique Serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie, ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Secundo, et Scotie Tricesimo octavo-

Et ego Willimus Sumner Cantuar diocesis publicus suprema auctoritate regia notarius atque in pnti electionis negotio in actorum scribam assumptus et deputatus, Quia omnibus et singulis actis eiusdem electionis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini mense die horis et loco predictis agebantur et fiebant unacum testibus de quibus in presenti processu fit mentio presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi: Ideo hoc presens publicum electionis decretum sive processum manu aliena (me interim alijs legitimis impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci atque in hanc publicam et autenticam formam redegi procuravi, nominisque et cognominis meorum adiectione subscripsi, necnon signo meo solito et consueto signavi, unacum appensione sigilli communis dictorum venerabilium virorum Decani et Capituli in fidem et testimonium omnium et singulorum rogatus et ad hoc specialiter requisitus.

Per me Willmum Sommer notarium publicum antedictum

Reverendo in xpo patri et Dno Dno **Richardo** providentia divina London Episcopo; Vestri humiles Thomas Nevile sacre theologie professor Decanus ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar et eiusdem Eccle Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendo patri debit cum honore. Vestre Reverende paternitati tenore pntium significamus et innotescimus, Quod vacante nuper sede Archiepali Cantuar per mortem naturalem Reverendissimi in xpo pris et Dni Dni Johannis Whitegifte ultimi Archiepi ibidem, Nos Decanus et Capitulum antedict in domo nra Capitulari die dat pntium vigore et auctoritate Licentie Illustrissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c nobis in ea parte fact et concess ad effectum eligend novum Archiepum et Pastorem ecclie Cathis et metropolitice xpi Cantuar predict capitulariter congregati et Capitulum facientes, servatis de Iure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, habitoque per nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligend Tandem in vestram Reverendam paternitatem vota nostra direximus, dictamque paternitatem

vestram

vram Reverendam per regiam Maiestatem nobis nominatam et commendatam in nrum et dicte
ecclie Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar Archiepum et Pastorem unanimiter et gratis
animis elegimus, Ac Electionem hmoi Illustrissimo Dno nro Regi per lras nras Certifi-
catorias sigillo nostro communi sigillatas significavimus et notam fecimus, Quocirca
vram Reverendam paternitatem humiliter et obnixe rogamus, quatenus hmoi electioni de
persona vra sic (vt prefertur) per nos facte et celebrate consentire, ac consensum et assen-
sum vros eidem prebere gratiose dignemini. In quorum omnium et singulorum premissorum
fidem et testimonium sigillum nrum Commune pntibus apponi fecimus. Dat in domo
nra Capitulari Decimo septimo die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo
quarto.

Instrumentum consensus Dni Electi

In Dei nomine Amen. **Per presens**
publicum instrumentum cunctis appareat evidenter et sit, Quod die Mercurij
Vicesimo quinto vizt die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, regniq
Serenissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie
Regis fidei defensoris &c Secundo, et Scotie Tricesimo octavo, in Capella infra Palatium
Epale London, post preces vespertinas per magrum Zachariam Pasfeild sacre theologie bacchum
Capellanum Reverendi in Xpo pris Dni Richardi providentia divina London Epi ibm cele-
bratas et finitas, In mei Johannis Weston notarij publici subscripti, ac testium inferius nomina-
torum pntijs, Constitutus personaliter venerabilis vir Thomas Nevile sacre theologie professor
Decanus dicte Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar, et exhibuit procuratorium suum litera-
torie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo dicte Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar
predict, sigillo eorum communi (vt apparuit) sigillat, gerens dat Decimo septimo die mensis
Novembris Anno Dni supradicto, ac inter alios con~ et di~ factum et fecit se partem pro
eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit prenominato Reve-
rendo in Xpo patri Dno Richardo London Epo tunc et ibm personaliter presenti Lras quasdam
testimoniales sive certificatorias de et super electione eiusdem Reverendi patris in Archiepum
et Pastorem dicte Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar predict facta et celebrata, necnon totum
et integrum processum in eodem electionis negotio habitum et factum, sub forma publici In-
strumenti conceptum, sigillo communi eorundem Decani et Capituli (vt apparuit) respec-
tive sigillat, Ipsumq Reverendum patrem Dnum Electum nomine procuratorio quo supra
instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatus eidem electioni de ipso et
eius persona (vt premittitur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem
prebere dignaretur, Qui quidem Reverendus pater Dnus Electus antedictus, sic requisitus
et interpellatus primo et ante omnia gratias agens dicto Serenissimo Dno nro Regi, et alias
gratias sue Maiestati condigniores debitas pro loco et tempore congruis et opportunis agen-
das, deferens, qui ipsum licet indignum (vt asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare
dignatus est, Deinde eisdem Decano et Capitulo, qui eum tam gratis animis nuper elegerunt,
licet se tanto munere indignum iudicaret, Tamen ne ipse divine voluntati, et dicti Dni nri
Regis beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est, vt suo sancto spiritu
et gratia speciali illi in omnibus adesse velit, ad illustrandam nominis sui gloriam, et dicte
ecclie vtilitatem procurandam, Electioni predicte de ipso et eius persona (vt premittitur) facte et
celebrate consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis
tenorem sequentem de verbo in verbum in se complecten. **In Dei nomine
Amen** Ego Richardus providentia divina London Epus in Archiepum et Pastorem
ecclie Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar rite et legitime nominatus et electus, atq ad
consentiendum electioni de me et persona mea in ea parte facte et celebrate, ex parte et
per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclie Cathis et Metropo-
liticae instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis Clementia fretus, electioni hmoi
de me et persona mea (vt premittitur) facte et celebrate, ad honorem Dei Omnipotentis
patris filij et spiritus sancti consentio, eidemq electioni consensum et assensum meos
semel atq iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus omnibus
et singulis premissis tam dictus Reverendus pater, quam memoratus magr Thomas Nevile
me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum
sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instan-
ter rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout
suprascribuntur

supra scribuntur et recitantur sub annis Dni regnique Regie Maiestatis mense die et loco predict, presentibus tunc et ibm venerabilibus et egregiis viris Dno Daniele Dun milite legum doctore Alme Curie Cantuar de Arcubus London officiali, Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario in spiritualibus generali et Officiali principali sedis Archiepalis Cantuar, Dno Johanne Bennet milite legum doctore Curie prerogative Cantuar magro Custode sive Commissario, Carolo ffotherby sacre theologie bacchro Archidiacono Cantuar, ffrancisco James et Georgio Newman legum respective Doctoribus, Willmo Covell sacre theologie professore, Gregorio Milner et Thoma Masters Canonicis et prebendariis dicte Cathlis et metropoliticae xpi Cantuar predict, necnon Willmo Blackwell, Thoma Pell et Georgio fforman notariis publicis testibus etc ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis.

Et Ego Johannes Coston London Dioces natus publicus auctoritate sufficienti notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis Dni regnique regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci, atque in hanc publicam formam redegi, signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, et me hic subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Per me Johannem Coston.

In Dei nomine Amen, Nos Tobias Dunelmensis, Johannes Roffensis, Anthonius Menevensis, Richardus Cestrensis, Anthonius Cicestrensis et Martinus Eliensis providentia divina respective Episcopi, Serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris etc (mediantibus suis regiis Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarii, cum hac clausula, quatenus vos aut ad minus quatuor vrum etc specialiter et ltime deputati, ac in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo patris Dni Richardi providentia divina London Episcopi in Archiepum et Pastorem dicte Cathlis et Metropoliticae xpi Cantuar electi facte et celebrate, rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem, seu formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam in debita iuris forma dicturos excepturos et opposituros, ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam aliquid dicere vel opponere curantes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathlis et metropoliticae xpi Cantuar predict pronuntiamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive decreti finalis in hac causa, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan.

I Richard Bancrofte Bishop of London Electe Lorde Archbyshop of the Archiepall Sea of Canterbury, do utterly testifie and declare in my conscience, that the Kinges highnes is the onely supreame Governor of this Realme, and of all other his highnes Dominions and Countries, aswell in all spirituall or ecclesiasticall things or causes, as temporall, and that no forreine Prince, person, prelate, state or potentate, hath or ought to have any Jurisdiction, power, superiority, preheminence or authority ecclesiasticall or spirituall within this Realme, and therefore I doe utterly renounce and forsake all forraine Jurisdictions, powers, superiorities, and authorities, and do promise from henceforth I shall beare fayth and true allegeance to the Kinges highnes his heires and lawfull Successors, and to my power shall assiste and defende all Jurisdictions, priviledges,

preheminences

prehominences and authorities graunted or belonginge to the Kinge highnes his heires and successors, or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, so helpe me God and the contents of this booke.

Juratum Simonie

I Richard Bancrofte Bisshopp of London, Electe Lorde Archbisshopp of the Archiepall See of Canterbury, do sweare that I haue made no symoniacall payment contracte or promise directly or indirectly, by my selfe or by any other to my knowledge, or wth my consente, to any person or persons whatsoever, for or concerninge the procuringe and obteyninge of this Archiepall See of Canterbury, nor will at any tyme here=after, performe or satisfy any such kinde of payment contracte or promise made by any other without my knowledge or consent, so helpe me God thorough Jesus Christe.

Sententia

In Dei nomine Amen. Auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Tobiam Dunelmensem, Johannem Roffensem, Anthonium Menevensem, Richardum Cestrensem, Anthonium Cicestrensem et Martinum Eliensem providentia divina respective Epos, Serenissimi in Xpo principis et dni nri dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c mediantibus Lris suis regijs Commissionalibus patentibus ad infrascripta Commissarios cum hac clausula, Quatenus vos aut ad minus quatuor vrum &c, specialiter et legitime deputatos, Meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive negotij Confirmationis Electionis de persona Reverendi in Xpo patris et Domini, Dni Richardi providentia divina London Epi, in Archiepum et Pastorem ecclie Cathis et metropolitice Christi Cantuarien, per obitum bone memorie Dni Johis Whitegifte vltimi Archiepi ibidem iam vacantis electi, facte et celebrate, quod coram nobis aliquandiu vertebatur, et in presenti vertitur et pendet indecisum, Rimato primitus per nos toto et integro processu, coram nobis in dicto negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostri decreti finalis sive sententie diffinitive in hmoi negotio Confirmationis ferende prolationem, sic duximus procedendum fore, et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita et probata coram nobis in hmoi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus, Electionem ipsam per Decanum et Capitulum eccle Cathis et metropolitice Xpi Cantuarien predict de prefato Reverendo patre et Dno, Dno Richardo providentia divina London Epo, Electo hmoi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo hmoi, de ecclesiasticis institutis obviasse sive obviare quominus in Archiepum Cantuarien authoritate dicti Serenissimi Dni nri Regis, merito debeat confirmari: Idcirco nos Tobias Dunelmensis, Johannes Roffensis, Anthonius Menevensis, Richardus Cestrensis, Anthonius Cicestrensis et Martinus Eliensis respective Episcopi, Commissarij regij antedicti, attentis premissis et alijs virtutum meritis, super quibus prefatus Reverendus pater Electus hmoi, fidedigno commendatur testimonio (Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nris preponentes et habentes) de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, predictam Electionem de persona predicti Reverendi patris factam et celebratam, authoritate dci Dni nri Regis nobis commissa confirmamus, defectusque quoscunque in dicto negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est, et de Jure possumus supplentes et supplemus, necnon curam regimen et administrationem Spiritualium dicti Archiepatus Cantuarien, eidem Reverendo patri electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuar, Juriumque dignitatum, honorum, prehominentiarum, et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuarien, vel eius Deputatum quemcunque iuxta Eccle Cathedralis et metropolitice Christi Cantuariensis predict morem et consuetudinem (Legibus et Statutis huius regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus, per hanc nram Sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ad petitionem partium ita petentium ferimus et promulgamus in hijs scriptis

Tobias Dunelm, Jo: Roffen, Antho: Meneven, Ric Cestren, Antho: Cicestren, M: Elien:

2

Lecta fuit hmoi sententia per Reverendum in xpo patrem Dnm Tobiam Dunelmensem Episcopum antedictum de et cum consensu Reverendorum patrum Condelegatorum suorum &c, die Lune decimo viz die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, In Capella infra Manerium Archiepale Reverendissimi patris Dni Cantuar Archiepi apud Lambehith inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem procuratoris Capituli Cantuar, In presentia mei Johannis Cosson notarij pubci &c, Super quibus &c, Presentibus tunc et ibidem testibus in actu precitato mentionatis &c.

Mandatum ad inthronizand

Tobias Dunelmen, Johannes Roffen, Anthonius Menevem, Richardus Cestren, Anthonius Cicestren et Martinus Elien providentia divina respective Epi, Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie et Hibernie Regis fidei defensoris &c (mediantibus Lris suis regijs Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarij, cum hac clausula quatenus vos aut ad minus quatuor vrum &c specialiter et ltime deputati, Dilecto nobis in xpo venerabili viro Dno Archino Cantuarien seu eius deputato sufficienti cuicunque, salutem. Cum vacante nuper sede Archiepali Cantuar per obitum bone memorie Dni Johannis Whitegifte vltimi et immediati Archiepi ibidem, decanus et Capitulum ecclie Cathedralis et Metropolitice xpi Cantuar (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in xpo patrem et dnm, Dnm Richardum nuper London Episcopum in eorum et dce ecclie Cathis et metropoliticę xpi Cantuar Archiepum et Pastorem elegerint: Nos auctoritate Lrarum Commissionalium patentium dci Serenissimi Dni nri Regis nuper in hac parte directarum electionem predcam de persona prefati Reverendi patris (vt premittitur) factam et celebratam et personam sic electam, servatis per nos de Jure et Statutis huius regni Anglie in hac parte servandis, confirmari fecerimus, dictoque Reverendo patri curam regimen et administracionem spiritualium dicti Archiepatus Cantuar commiserimus, Ipsumque Reverendum patrem seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuar Juriumque honorum dignitatum prehemmentiarum et pertinentium suorum vniversorum inducend, installand et inthronizandum fore decreverimus iusticia mediante. Ad inducendum igitur prelibatum Reverendum patrem seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem antedci Archiepatus Cantuar Juriumque dignitatum honorum prehemmentiarum et pertinentium suorum vniversorum Eundemque Reverendum patrem vel procuratorem suum ltimum eius nomine cum plenitudine Juris Archiepalis installandum et inthronizandum, Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisit, Vobis coniunctim et divisim committimus vices nras et plenam tenore pntium concedimus potestatem. Rogantes vt totum id quod in premissis feceritis aut vrum alter fecerit, (dicto Inductionis et inthronizacionis negotio expedito) nobis pro loco et tempore congruis et opportunis, si ad id fueritis requisiti debite significare velitis, seu sic significet ille vestrum qui hoc presens negotium fuerit executus. In cuius rei Testimonium Sigillum quoad causas ecclesiasticas quo vtuntur delegati regij pntibus apponi fecimus. Dat decimo die mensis Decembris Anno Dni, millesimo sexcentesimo quarto, Regnique dicti Serenissimi Dni nri Regis Anglie Francie et Hibernie Anno Secundo, et Scotie Tricesimo octavo.

Procuratorium ad capiend possessionem

Pateat universis per pntes: Quod nos Richardus Bancrofte nuper London Episcopus in Archiepum et Pastorem ecclie Cathis et Metropoliticę xpi Cantuar rite et ltime electus, ac per Reverendos in xpo patres et venerabiles Confratres nros Dnos Tobiam Dunelmen, Johem Roffensem, Anthonium Menevensem, Richardum Cestrensem, Anthonium Cicestrensem, et Martinum Elien

providentia divina respective Episcopos Serenissimi in xpo Principis et Dni nri
Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c. [illegible] sibi
suis regijs Commissionalibus patentibus ad infrascripta Commissarios cum hac clausula, -
quatenus vos omnes aut quatuor vestrum ad minus &c specialiter et ltime deputatos confir-
matus, Dilectos nobis in xpo venerabiles viros magros Thomam Nevile sacre theologie
professorem Decanum eccle Cathis et Metropoliticae xpi Cantuar, Johannem Winter
artium magrum, et Adrianum Saravia sacre theologie professorem dicte eccle Cathis
Cantuar Prebendarios, necnon Georgium Newman legum doctorem com'm et dil'm nros
veros legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nrorum gesto-
res ac nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus facimus et constituimus
per pntes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nris com'm et eorum cuilibet per se
divisim et in solid potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et
nomine nris coram venerabilibus viris Decano et Capitulo eccle Cathis et Metropoliticae
Christi Cantuar, necnon venerabili viro Dno Archino Cantuar vel eius deputato, aliisque
personis uno vel pluribus, ad quos infrascriptorum executio de more vel consuetudine eiusdem
eccle Cathis et Metropoliticae xpi Cantuar pertinere dinoscuntur comparend, nosque a
personali comparitione in hac parte excusand, ac causam et causas absentie nre in hac parte
allegand et proponend, et (si opus fuerit) proband, Nosque in realem actualem et corporalem
possessionem dicti Archiepatus Cantuar cum omnibus et singulis honoribus privilegijs -
prerogativis, preeminentijs Juribus, dignitatibus et pertinentijs universis spiritualibus et
temporalibus iuxta et secundum ipsius eccle Cathis et Metropoliticae morem Statuta et
Ordinaciones et consuetudines laudabiles et approbatas induci installari et inthronizari
cum plenitudine Juris Archiepalis in eadem eccla, Cathedramque et stallum sive Sedem
Archiepalem in Choro eiusdem Eccle Archiepo ibm pro tempore existen ab antiquo assig-
nari solit et consuet nobis quatenus videbitur expediens assignari et limitari petend re-
quirend et obtinend, necnon realem actualem et corporalem possessionem installacionem et
inthronizacionem huiusmodi vice et nomine nris nanciscend et adipiscend, ac illas sic nactas et
adeptas ad usum et commodum nrum custodiend retinend et conservand, ac per ltima Juris
remedia tuend et defendend: Quodcunque insuper Juramentum licitum et honestum ac de
Jure, Ordinationibus et Statutis eccle nre Cathis et Metropoliticae xpi Cantuar pred
in hac parte quomodolet requisitum seu opportunum (quatenus Ordinaciones Statuta et
consuetudines huiusmodi Jure divino ac legibus et Statutis modernis huius inclyti regni -
Anglie non sunt contraria vel repugnantia) in animam nram et pro nobis prestand sub-
eund et iurand: Necnon Sacramentum obedientie ac aliud quodcunque Juramentum -
licitum et honestum de Ordinacionibus statutis et provisionibus eccle nre Cathis et -
Metropoliticae xpi Cantuar predict modo premisso qualificatis a Decano et Canonicis ac
ceteris ministris eiusdem eccle Archiepo ibm pro tempore existen prestari et exhiberi
solitum et consuetum, ab ipsis et eorum quolibet pro nobis ac vice et nomine nostris -
recipiend acceptand et admittend: Et generaliter omnia et singula alia faciend ex-
ercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolet -
opportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum.
Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habitur totum et quicquid dci
procuratores nri seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premisso-
rum sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum et in ea parte
Cautionem exponimus per pntes: In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archie-
pale pntibus apponi fecimus. Dat Sexto die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta -
Computacionem eccle Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Et nre Translacionis
Anno primo. / Ex /

Acta habita et facta in London

negotio Confirmationis electionis facte de persona Reverendi in xpo
patris Dni Richardi Vaughan Cestren Episcopi in Epum et Pasto-
rem eccle Cathis Sancti Pauli London electi, die Jovis, vicesimo
vizt die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto,
regnique

regnique Serenissimi in Christo Principis et dni nri dni Jacobi
dei gratia Angliae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c
Secundo, et Scotiae Tricesimo octavo, In ecclesia parochiali beatae
Mariae Virginis de Arcubus London ecclesiae Christi Cantuar Jurisdictionis
immediatae, inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem
diei, Coram venerabili et egregio viro dno Edwardo Stanhope
milite legum doctore Reverendissimi in Christo patris et dni dni
Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Angliae
Primatis et metropolitani Vicario in Spiritualibus generali, et
Officiali principali, necnon Commissario ad infrascripta inter
alios conjunctim et divisim sufficienter et legitime deputato et constituto
in presentia mei Johannis Coston notarii publici. &c

Dictis die et loco atque inter horas
predict, presentatis coram prefato venerabili et egregio viro dno Edwardo Stanhope
milite legum doctore Vicario &c, ac Commissario &c, judicialiter et pro Tribunali sedente
Literis patentibus regiis de assensu suo regio supranominato Reverendissimo patri directis,
necnon Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis conjunctim et
divisim in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Coston de mandato dicti dni
Edwardi Stanhope publice lectis: Idem dnus Edwardus Stanhope ob honorem et re-
verentiam dci dni nri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus dictarum
Literarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta tenorem for-
mam et effectum earundem: Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Humfridus
Lloyd notarius publicus almae Curiae Cantuar de Arcubus London procuratorum genera-
lium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et
Capitulo ecclesiae Cathedralis sancti Pauli London predict, sigillo eorum communi (ut apparuit)
sigillat, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli
presentavit eidem dno Edwardo Stanhope Vicario in spiritualibus generali et Commissario
&c Reverendum in Christo patrem dnm Richardum Vaughan Cestren Episcopum in Episcopum et
Pastorem ecclesiae Cathedralis sancti Pauli London predict electum, et ipsum e regione Con-
firmantis sistebat: Et tunc dictus magister Humfridus Lloyd exhibuit mandatum citatorium
originale alias contra oppositores in hoc negotio emanatum una cum certificatorio in dorso
super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari:
Et tunc facta trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi ad
hos diem horas et locum ad dicendum et opponendum contra electionem predict citatorum et
nullo eorum comparente, dictus magister Humfridus Lloyd procurator et nomine procuratorio
quo supra, petiit eos omnes et singulos reputari contumaces, et in penam contumaciarum
suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet
precludi; ad cuius petitionem dictus dnus Edwardus Stanhope pronunciavit eos et
eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius
opponendi eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto confirmationis
negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia
sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eundem dnm Edwar-
dum Stanhope lecta plenius apparet. Deinde dictus magister Lloyd dedit summariam
petitionem in scriptis et dnus ad eius petitionem admisit et decrevit procedendum
fore summarie et de plano &c et assignavit eidem magistro Lloyd ad probandum dictam
summariam petitionem ad statim. Et tunc idem magister Lloyd in subsidium probationis
contentorum in dicta summaria petitione exhibuit totum et integrum processum
electionis de persona dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem ecclesiae Cathedralis
sancti Pauli London per Decanum et Capitulum eiusdem ecclesiae habit et fact sub
forma publici Instrumenti confectum, ac literas testimoniales sive Certificatorias super eadem
electione fact eidem Reverendo patri directas sigillo communi eorundem Decani et
Capituli (ut apparuit) sigillat, necnon instrumentum publicum super consensu dicti
Reverendi patris eidem electioni adhibit, et etiam exhibuit literas patentes regias magno
sigillo

sigillo Angliæ sigillat' de assensu suo regio eidem electioni adhibit', et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem continetur: Quibus sic gestis Dns ad peticonem dicti magri Humfridi Lloyd assignavit ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizacone omnium et singulorum sic (ut premittitur) citatorum et nullo modo comparentium nec quicquam in hac parte opponentium vel obiicientium Dns ad peticonem dicti magri Lloyd ut supra accusantis eorum contumacias, et petens &c pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decrevit procedendum fore ad prolaconem sententie diffinitive in hmoi negotio, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula per eundem Dnm Edwardum Stanhope lecta continetur. Deinde prestito per prefatum Reverendum patrem Dnm Electum Iuramento ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tact' et deosculat' tam de fidelitate obedien', et subiectione prenominato Dno nro Regi eiusque heredibus et successoribus prestand', ac de renunciand' omnimode foranee potestati &c iuxta formam statuti in ea parte editi et — provisi, necnon de Canonica obedientia predict' Reverendissimo patri Dno Archiepo Cantuar et successoribus suis &c, quam quod nulla Symoniaca pravitate interveniente vel aliquo alio modo damnato vel prohibito iuxta Canones et Constitucones in ea parte editas se ad — dictum Epatum London promoveri procuravit: Prenominatus Dns Edwardus Stanhope ad peticonem predict' magri Lloyd legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmaconis negotio in scriptis concept' pronuncians decernendo, declarando, confirmando committendo ceteraque faciendo prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis tam dictus Dns Electus quam prefatus magr Lloyd procurator Decani et Capituli predict', me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt: Postremo vero dictus Dns Edwardus Stanhope ad peticonem tam dicti Dni Electi quam memorati magri Lloyd procuratoris Decani et Capituli predict' decrevit eis Lras testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et liberari: Presentibus tunc et ibm venerabilibus — et egregiis viris Dno Thoma Crompton milite legum doctore, Willmo Barlowe sacre theologie professore Decano Ecclie Cathis Cestren, Anthonio ffelton sacre theologie professore Thoma Crooke, Johanne Daye et Richardo Trever legum doctoribus, Roberto Tighe sacre theologie professore Archino Middlesex, Abrahamo Hartwell, Thoma Flos, Henrico Ironmonger, Thoma Pell et Johanne Drake, notariis publicis Johanne Hurlbutt et Nicholao Robinson literatis cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c: Tenores vero tam lrarum patentium regie Maiestatis, quam etiam totius processus in dicto confirmaconis negotio habit' et fact' ac superius mencionat' sequuntur et sunt tales vizt.

Jacobus Dei gratia Angliæ Scotiæ ffranciæ et Hiberniæ Rex fidei defensor &c, Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et perquam fideli nro Ricardo Cantuar' Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Epis quorum in hac parte interest salutem: Cum vacante nuper sede Epali London per Translaconem pri Richardi predict' ultimi et immediati Epi eiusdem ad Archiepatum Cantuar' — ad humilem peticonem Decani et Capituli Ecclie nre Cathis sancti Pauli London eisdem per Lras nras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et — Pastorem sedis predicte. Ac iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentiæ nre predicte Dilectum nobis in Xpo Reverendum patrem Richardum Vaughan Epum Cestrensem sibi et Ecclie predict' elegerunt in Episcopum et Pastorem London prout per Lras suas sigillo eorum communi sigillat' nobis inde direct' plenius liquet et apparet: Nos Electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore pntium significamus: Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiend' mandantes, quatenus vos eundem Richardum Epum Cestren in Epum et Pastorem Ecclie Cathis London predict'

elect'

Lre patentes regie

elect' electionemque predictam confirmari, ceteraque omnia et singula peragere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, fidelibus cum favore et effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium decimo octavo die mensis Decembris Anno regni nostri Anglie Francie et Hibernie secundo, et Scotie tricesimo octavo. Per breve de privato sigillo, Bruin, Ca:

Commissio Reverendissimi

Ricardus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilectis nobis in Christo venerabilibus et egregiis viris Edwardo Stanhope militi legum doctori vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Willelmo Farrand et Johanni Amye legum respective doctoribus salutem et gratiam. Cum literas patentes Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis, et Scotie tricesimo octavo receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, ut electionem Reverendi in Christo patris domini Richardi Vaughan Cestren' Episcopi ad Episcopatum London' confirmaremus; Nos cum ea qua decuit reverentia, volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona eiusdem Reverendi patris factam et celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam, secundum Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati regii predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis coniunctim et divisim constiterit rite et legitime approbandum et comprobandum, defectusque si qui forsan in ea parte intervenerint rite et legitime supplendum. Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar', ceterisque emolumentis nobis ac Officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Lambehith decimo octavo die mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translationis Anno primo.

Procuratorium Decani et capituli

Pateat universis per presentes, Quod Nos Johannes Overall sacre theologie professor decanus ecclesie Cathedralis sancti Pauli London' et eiusdem ecclesie Capitulum, venerabiles Johannem Overall decanum antedictum, Lancelotum Andrewes, Thomam White et Thomam Mountforte sacre theologie professores dicte ecclesie Cathedralis Canonicos residentiarios, Johannem Hayward legum doctorem, Willelmum Blackwell sedis Episcopalis London' Registrarium, nec non Thomam Iles, Hewinum Ironmonger et Humfridum Lloyd notarios publicos alme Curie Cantuariensis de Arcubus London' procuratores generales, coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes, damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum, potestatem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis loco et nomine nostris coram Reverendo in Christo patre et domino domino Richardo Vaughan permissione divina Cestren' Episcopo in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis sancti Pauli London' predicte per nos unanimiter electo comparendi et interessendi; literasque certificatorias sive decretum de et super electione sua huiusmodi per nos factas et confectas, sigilloque nostro communi sigillatas, eidem Reverendo in Christo patri exhibendi et ostendendi, Ipsumque suppliciter et cum ea cum instantia quotiens eisdem eorum alicui visum fuerit expedire, quod ipse electioni de se facte consentire et consensum suum expresse prebere dignetur, rogandum et requirendum, electionemque sive certificatorium super electione huiusmodi predicte Serenissimo domino nostro Jacobo Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi fidei defensori ac significand et intimand, necnon negotium confirmacionis eleccionis predict coram Reverendissimo in xpo patre et Dno nro Dno Richardo divina providentia Cantuarien Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve Vicario in spualibus generali et Officiali principal sive Commissario quocunque in hac parte usque ad finalem expedicionem eiusdem nomine nostro prosequend, ac confirmacionem in ea parte petend et obtinend, provocand et appelland, et provocaciones ac appellaciones hmoi notificand et intimand: Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend, ac substitutum vel substitutos hmoi revocand, procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumend quoties et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur expedire. Et generaliter omnia alia et singula faciend exercend et expediend usque ad finalem expedicionem negotij Confirmacionis hmoi, que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habitur totum et quicquid procuratores nri predicti aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel eorum aliquo, sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum nrorum tam presentium quam futurorum, et in ea parte caucionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum nrum commune presentibus apponi fecimus. Dat in domo nra Capitulari decimo quarto die mensis Decembris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto / D /

Citacio contra oppositores /

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunque per Provinciam nram Cantuar ubilibet constitut, salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Epali London per Translacionem nram ad sedem Archiepalem eccle Cathis et Metropolitice xpi Cantuarien, Decanus et Capitulum eccle Cathis sancti Pauli London pro eleccione novi et futuri Epi ibidem (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebrand certum terminum prefixerint et assignaverint, et in hmoi eleccionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, Reverendum in xpo patrem ac venerabilem confratrem nrum Dnum Richardum Vaughan sacre theologie professorem Cestrensem Episcopum in eorum et dicte eccle Cathis sancti Pauli London predict Epum et Pastorem elegerint: Cumque Serenissimus in xpo princeps et Dns nr Dns Jacobus Dei gratia Anglie Scotie Francie et hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem peticionem eorundem Decani et Capituli eidem eleccioni de persona prenominati Reverendi patris Dni Electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per lras suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillat, significaverit: Mandando quatenus nos eleccionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem lras patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Dni nri Regis mandatis pro officij nri debito parere, et in hmoi confirmacionis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam eleccionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem hor locum et effectum infrascript, monend et citand fore decrevimus iusticia mediante. Vobis igr conm et divm committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London nre et eccle nre Cathis et Metropolitice xpi Cantuar Jurisdiccionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco consimili infra ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London predict vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam eleccionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali vel Commissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London die Jovis vicesimo sexto die mensis Decembris inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem diei, cum continuacione et prorogacione dierum extunc sequentium (si oporteat) faciend contra dcam eleccionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma

dicatur excipiatur et opponatur, ulteriusque faciat et recipiat quod iustum fuerit in hac parte, et
dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma
precitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, aliquin in genere, quibus
nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut
vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario predicto comparuerint, et contra dictam electio-
nem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint, sive
non, Nos nihilominus in dicto confirmacionis negotio iuxta Juris et statutorum huius regni
Anglie exigentiam procedemus ac iusticiam ministrabimus, seu sic procedet ac iusticiam minis-
trabit vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarius predictus
ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis
feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi
debite et autentice certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fue-
rit executus una cum presentibus. Dat decimo octavo die mensis Decembris Anno domini millesimo
sexcentesimo quarto, Et nostre Translationis Anno Primo.

Certificatorium dicte Citacionis.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providencia divina
Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, vestrove vicario in spiritualibus
generali et Officiali principali, aut Commissario vestro cuicunque in hac parte specialiter deputato,
Vester humilis et devotus Johannes Hurlebutt literatus vester ad infrascripta exequenda
mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam debitas et condignas cum
honore: Mandatum vestrum Reverendissimum retroscript' nuper cum ea qua decuit reverentia hu-
militer recepi exequendum: Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si
qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem formam
eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem
eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcu-
bus London retroscript' et ibidem aliquamdiu dimissi, quam per publicationem eiusdem in eadem
ecclesia parochiali die Martis decimo octavo viz' die instantis mensis Decembris peremptorie
citavi: Quod compareant coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato
content' et specificat', contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi
(si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dicturi excepturi et opposituri: Ulteriusque
facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et
requirunt: Et preterea dictis die et loco antedictis oppositoribus sic (ut premittitur) citatis
intimavi, Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, et que rogata sunt fecerint
sive non: Vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi confirmationis
negotio iuxta Juris exigentiam procedetis seu sic procedet, ac iusticiam ministrabitis seu mi-
nistrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non
obstante. Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum huiusmodi quantum in me
fuit debite et humiliter sum executus. In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri
domini Archidiaconi Essex presentibus apponi procuravi: Et Nos Archidiaconus antedictus ad specialem
rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat dicto decimo
octavo die mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo quarto.

Prima schedula

In dei nomine Amen: Nos Edwardus Stanhope Miles
legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Can-
tuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis
et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter
et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi
in Christo patris domini Richardi Vaughan permissione divina Cestren Episcopi in Episcopum et Pasto-
rem ecclesie Cathedralis sancti Pauli London electi facte et celebrate rite et legitime procedentes,
Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut
personam in hac parte electam dicere excipere, vel opponere voluerint, ad comparendum
coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem,
formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturi, excepturi
et opposituri

et opposuer, alds cit' ltime et peremptorie citat, sepius publice preconizat, diuq et sufficienter expectat et nullo modo comparentes ad petitionem partis Decani et Capituli dicte Cathis Sancti Pauli London predict pronunciamus contumaces, ac ipsis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam precludimus in hijs scriptis, ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante / S /

In Dei nomine Amen. Coram vobis

Reverendissimo in xpo patre et Dno Dno Richardo providentia divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano, ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus lris Commissionalibus patentibus Serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc sufficienter et ltime fulcit, proue vicario in spualibus generali et Offili principali sufficienter et ltime constituto, aut Commissarijs vris quibuscumq in hac parte specialiter deputatis eorumve altero quorumq: Pars venerabilium virorum Decani et Capitli dicte Cathis Sancti Pauli London dicit allegat et in hijs scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur / Summaria petitio /

Imprimis Qd Sedes Epalis London predict per Translationem Reverendi in xpo patris Dni Richardi Bancroft ultimi Epi ibidem ad Sedem Archiepalem Cantuar nuper vacare cepit, et aliquandiu vacavit, pastorisq solatio destituta extitit et existit in presenti: Hocq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Ac ponit con'a et di'a et de quolibet / 1

Item Qd dicta Sede Epali London dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum dicte Cathis Sancti Pauli London predict Capitulariter congregati, et Capitulum facientes (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem dicte Cathis Sancti Pauli London pred pro hmoi electione faciend et celebrand unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem dicte Cathis Canonicos et prebendarios Jus vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict in hmoi electionis negotio processur et procedi visur ltime et peremptorie citari fecerunt: Hocq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra / 2

Item Qd prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis, dict Veneris, decimo quarto viz die mensis Decembris Anno Dni millimo sexcentesimo quarto iam currente capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoq per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligend in Epum et Pastorem dicte Cathis Sancti Pauli London predict, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in xpo patrem Dnum Richardum Vaughan Cestrensem Epum in eorum et dce Cathis Epum et Pastorem elegerunt, et dicte Ecclie viduate de eodem providerunt, Et ponit ut supra / S / 3

Item Qd electio hmoi et persona electa die predict in Ecclia Cathi Sancti Pauli London predict coram clero et populo tunc ibm in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra / S / 4

Item, Qd Reverendus pater Dnus Electus hmoi electioni de persona sua in Epum et Pastorem dicte Cathis Sancti Pauli London (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra / S / 5

6 Item qd antedictus Reverendus pater Dnus Richardus Vaughan Cestren Epus fuit et est vir providus et discretus, eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus et aliis memoratis apprime necessariis, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

7 Item Qd prefati Decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam antedicto Serenissimo Dno nro Regi per Lras suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta Statuta huius inclyti Regni Anglie significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra.

8 Item qd presentato ex parte dnorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis hmoi, idem Serenissimus Dnus nr Rex pro sua Clementia Regia electioni hmoi de persona prefati Reverendi pris (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Et ponit ut supra.

9 Item qd dnus Serenissimus Dnus nr Rex vobis prefato Reverendmo patri de assensu et consensu suis regiis hmoi electioni (ut prefertur) adhibitis, per Lras suas patentes vobis inscriptas et directas, non solum significavit, verum etiam earundem Lrarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare ceteraque peragere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte editi et Lrarum patentium hmoi seriem velitis cum favore. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

10 Item qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama: Unde facta fide de Jure in hac parte requisita (ad quam faciend effectualiter se pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis) petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon Lrarum regiarum patentium hmoi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regimen et administrationem spiritualium Epatus London predict eidem Dno Electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus London predict Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum induci et inthronizari fore decerni, ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscumque qd Juris fuerit et rationis, ac statutis huius inclyti Regni Anglie consonum, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes, Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo, vrum officium Dne Judex antedict humiliter implorando.

Processus electionis hmoi extra sup publicat

Cert electionis

Reverendo in Xpo patri Dno Richardo permissione divina Cestren Epo, Johannes Overall sacre theologie professor Decanus ecclie Cathedralis Sancti Pauli London et eiusdem ecclie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendo pri debitas et condignas cum honore. Vre Reverende paternitati tenore presentium significamus et notum facimus, Qd vacante nuper sede Epali London per Translationem Reverendi in Xpo patris Dni Richardi Bancrofte ultimi Epi et pastoris ibm ad Archiepatum Cantuar, nos Decanus et Capitulum antedict in domo nra Capitulari dict ecclie presentium vigore et auctoritate licentie Illustrissimi in Xpo Principis et Dni nri Jacobi Dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc nobis in hac parte facte et concesse, ad effectum eligendi novum Epum et pastorem ecclie Cathedralis predict capitulariter

congregat

congregati et capitulum ibm facientes (servatis de Jure et consuetudine ac statutis et ordinationibus dicte Ecclie predict in ea parte servandis) habitoq per nos tractatu deliberato de persona idonea in ea parte eligend, tandem in vram Reverendam paternitatem vota nostra direximus, eandemq Reverendam paternitatem vram in Epum et dicte Ecclie Cathis Sancti Pauli London Epum et Pastorem, unanimiter elegimus, ac electionem hmoi dicto Illustrissimo Dno nro Regi per lras nras certificatorias sigillo nro communi sigillatas significavimus et notum fecimus. Quocirca vram Reverendam paternitatem obnixe rogamus, quatenus hmoi electioni de persona vra per nos facte et celebrate consentire, et consensum et assensum vros eidem prebere dignemini: In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus. Dat in domo nra Capitulari decimo quarto die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto.

Instrumentum consensus Electi:

In Dei nomine Amen, Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Veneris decimo quarto viz die mensis Decembris Anno Dni millmo sexcentesimo quarto, Regniq Serenissimi in xpo principis ac Dni nri Dni Jacobi dei gratia Anglie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c secundo, et Scotie Tricesimo octavo: In superiori Conclavi infra edes venlis viri Johis Overall sacre theologie professoris Decani dicte Ecclie Cathis Sci Pauli London infra parochiam Sci Gregorij London sit et situat, mei noij pubci subscript ac testium inferius nominatorum presentijs: Constitutus personaliter prefatus venlis vir Dnus Decanus Sci Pauli London prodixit et exhibuit quoddam procuratorium sigillo communi (ut apparuit) Decani et Capituli dicte Ecclie Cathis Sancti Pauli London sub cera viridi sigillat in quo inter alios conij et diuij fact, et fecit se partem pro eisdem Decano et Capitulo, et nomine procurio eorundem Decani et Capituli, Reverendo in xpo patri Dno Richardo Vaughan Cestren Epo tunc et ibm personaliter presenti, quasdam lras testimoniales sive certificator sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillat de et super electione dicti Reverendi pris in Epum et Pastorem dicte Ecclie Cathis Sci Pauli London facta et celebrat, presentavit, eundemq Reverendum prem Dnum Electum instanter instantius et instantissime quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) fact et celebrat consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur, rogavit et requisivit: Qui quidem Reverendus pater Dnus electus London Epus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens Serenissimo Dno nro Regi, qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignatus est: Deinde dictis Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unice elegerunt, licet se tanto munere indignum iudicaret. Tamen ne ipse divine voluntati ac dci Dni nri Regis beneplacito minime obtemperare videretur, Deum precatus est, ut suo sancto Spiritu et gratia speciali in omnibus sibi adesse velit, ad illustrand nominis sui gloriam et dicte Ecclie utilitatem promovend electioni predict de ipso et eius persona (ut premittitur) fact et celebrat consentiebat in scriptis, prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat, continetur Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis, viz, In Dei nomine Amen, Ego Richardus Vaughan permissione divina Cestren Epus in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Sancti Pauli London rite et ltime nominatus et electus, atque ad consentiend hmoi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate, ex parte et per partem venlium virorum Decani et Capituli eiusdem dicte Ecclie instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) electioni hmoi de me et persona mea (ut prefertur) facte et celebrate, ad honorem Dei omnipotentis patris filij et Spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis: Super quibus premissis omnibus et singulis, tam dnus Reverendus pater Dnus Electus, quam memoratus venlis vir Johes Overall procurator antedictus, me notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno Dni Regnique regie maiestatis mense die et loco predictis: Presentibus tunc et ibm venlibus viris Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario in Spualibus generali sedis Archiepalis Cantuar, Lanceloto Andrewes sacre theologie professore Decano eccli[e] Collegiat[e] divi Petri Westmer, Willimo Barlowe sacre theologie professore Decano eccli[e] Cathis Cestren, Thoma Monteford sacre theologie professore Canonico Residentiario eccli[e] Cathis sancti Pauli London predict, Johanne Dixe et Arthuro Bright sacre theologie professoribus, Johanne Leese et Hugone Johnson artium magris Canonicis sive prebendarijs dce eccli[e] Cathis sancti Pauli London, Griffino Vaughan artium magro Capellano dci Reverendi pris Dni Electi, necnon Willmo Blakewell, Silvestro Hulet, Thoma Pell et Georgio fforman notarijs publicis testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Johannes Coston London Dioc natus publicus auctoritate regia notarius: Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis Dni regnique regie Matis supradictis mense die et loco predicts agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi: Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu alterius (me interim alijs impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signoque nomine et cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter rogatus et requisitus: Per me Johem Coston notarium publicum antedict.

Scda Scedula

In dei noie Amen, Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendmi in xpo patris et dni dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in Spualibus generalis et Officialis princlis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta constum et dictum specialiter et ltime deputatus et constitut, in negotio Confirmacionis electionis de persona Reverendi in xpo pris Dni Richardi Vaughan permissione divina Cestren Epi in Epum et Pastorem eccle Cathis Sci Pauli London electi, facte et celebrate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ac comparentes coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dictur excepturos opposituros, alias ltime et peremptorie citat, saepius publice preconizat, diuque et sufficienter expectat et nullo modo comparen, nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli eccle Cathis sancti Pauli London predict pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolacionem sententie nre diffinitive, sive nri finalis decreti in hmoi negotio ferend, ipsorum sic citatorum et non comparent absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Snia

In Dei noie Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope militem legum doctorem Reverendmi in xpo patris et dni dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani, vicarium in spualibus generalem et Officialem princlem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta constum et dictum specialiter et ltime deputatum et constitutum, meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive negotij confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo patris Dni Richardi Vaughan Cestrensis Epi, in Epum et Pastorem ~~Eccle~~ eccle Cathis sancti Pauli London ~~fac~~ electi facte et celebrate, que coram nobis aliquamdiu vertebatur vertiturque et pendet indecis, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmacionis negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de Iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolacionem in huiusmodi confirmacionis negotio ferendum sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita et probata coram nobis in huiusmodi confirmacionis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis sancti Pauli London predict de prenominato Reverendo patre domino Richardo Vaughan electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitut, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare, quominus in Episcopum London auctoritate predict Reverendi patris merito debeat confirmari: Idcirco Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Vicarius in spiritualibus generalis et Commissarius antedictus sic (ut premittitur) specialiter constitut, attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prefatus electus London fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris proponentes et habentes de et cum consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem Reverendo patre domino Richardo Vaughan Cestren Episcopo factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto Confirmacionis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Iure possumus supplentes et supplemus, necnon curam regimen et administracionem spiritualium dicti Episcopatus London eidem domino electo et confirmato committimus, Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London, Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinent suorum universorum, inducend et inthronizand fore per Archidiaconum Cantuar seu eius deputat, iuxta ecclesie Cathedralis sancti Pauli London predict, morem et consuetudinem (legibus et statutis huius regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sic quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis. / Ds xxo Decembris 1604 Ed: Stanhope

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum dominum Edwardum Stanhope militem legum doctorem Vicarium in spiritualibus generalem etc ac Commissarium etc predicti Reverendi patris etc die Iovis Vicesimo vizt die mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo quarto, in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem diei ad petitionem magistri Humfridi Lloyd notarii publici procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis sancti Pauli London etc, in presentia mei Iohannis Weston notarii publici etc Super quibus etc requisivit me etc. testesque etc presentibus tunc et ibidem testibus in actis mencionatis etc, Iohn Weston. /

Richardus providentia divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascript auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Anglie (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Iacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc) sufficienter et legitime fulcitus, Venerabili viro Carolo Fotherby sacre theologie bacc Archidiacono nostro Cantuar in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cant, salutem et gratiam: Cum vacan nuper sede Episcopali London per Translacionem nostram ad huiusmodi Archiepiscopatum Cantuar, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis sancti Pauli London predict (licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) Reverendum in Christo patrem dominum Richardum Vaughan permissione divina Cestren Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis sancti Pauli London predict Episcopum et Pastorem elegerint, et ecclesie Cathedrali de eodem providerint, Cumque etiam nos electionem predictam de persona prefati Reverendi patris (ut premittitur) fact et celebrat et personam sic electam, (servatis de Iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servand) auctoritate qua supra rite et legitime confirmaverimus, eidemque confirmato curam regimen et administracionem spiritualium dicti Episcopatus London commiserimus, Ipsumque sic electum et confirmatum

Mandatum ad installandum

confirmatum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London, Juriumque
dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend, installand
et inthronizand fore decrevimus, iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus,
quatenus prefatum Reverendum patrem dominum Richardum Vaughan (sic ut profertur) electum
et confirmatum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et
corporalem possessionem dicti Episcopatus London, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum
et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et
inthronizari facias cum effectu; Cathedramque suam sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Sancti Pauli
London predicti Episcopo ibidem assignari solit sibi (ut moris est) assignes, et eum in nomine Domini
nostri Jesu Christi imponas prout decet, Juribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus et Ecclesie
nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar predict, necnon dicte Cathedralis Sancti Pauli London
dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium sigillum quo
in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo die mensis Decembris Anno Domini
millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translationis Anno primo. /S/

Inductio / **Vicesimo secundo** die mensis Decembris Anno Domini millesimo
sexcentesimo quarto, Emanavit Inductio vigore huius mandati direct venerabilibus viris Johanni
Overall sacre theologie professori decano ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, Lanceloto
Andrewes sacre theologie professori decano ecclesie Collegiate Beati Petri Westmr, ac
prebendario et Canonico Residentiario ecclesie Cathedralis predict, ac Thome White et Thome Mont-
ford sacre theologie professoribus eiusdem etiam ecclesie Cathedralis prebendarijs et Canonicis residen-
tiarijs necnon   coniunctim et divisim &c. /S/

Advocatio **Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc**
presens scriptum pervenerit. Richardus providentia divina London Episcopus, Salutem in Domino sempi-
ternam. Cum tam de antiqua laudabili longeva et legitime prescripta consuetudine hactenus
per tempus hominum memoriam superans inconcusse usitat et observat, quam etiam de singu-
lari prerogativa Ecclesie Metropolitice Christi Cantuar fuerit et sit indultum usitatum et obser-
vatum, Ut Archiepiscopus Cantuar pro tempore existens cuilibet Suffraganeorum in Episcopum ali-
cuius ecclesie Cathedralis sue Cantuar provincie elect, statim post Confirmationem electionis
huiusmodi unum Clericum idoneum nominare et presentare possit, qui idem electus confirmatus
tenebitur quamprimum facultas se obtulerit in sua ecclesia Cathedrali de dignitate, Canonicatu et
prebenda seu de alio competente beneficio ecclesiastico providere, ac interim dictum Clericum ad dig-
nitatem Canonicatum et prebendam seu beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admit-
tere, necnon sibi pensionem annuam sufficientem constituere, tantisper solvend et impendend
quousque eidem Clerico de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda vel alio competenti
beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum. Sciatis nos prefatum Richardum
London Episcopum antedictum Jura, libertates, consuetudines et prerogativam ecclesie Metropolitice
Christi Cantuar predict pro posse nostro adimplere volentes ex causis et considerationibus predictis,
ac in plenam satisfactionem earundem pro nobis et successoribus nostris dedisse et concessisse
et hoc presenti scripto nostro confirmasse Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Richardo
providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano executo-
ribus et assignatis suis primam et proximam Advocationem, nominationem, presentationem, libe-
ramque dispositionem et Jus patronatus dignitatis Cancellariatus in ecclesia nostra Cathedrali Sancti
Pauli London fundat nostrorum patronatus et dispositionis existen, cum per mortem, resignationem
cessionem aut alio quocunque modo legitime primo et proxime post dat presentium eandem dignitatem
vacare seu vacuam fore contigerit: habend tenend et gaudend prenominat Reverendissimo
in Christo patri executoribus et assignatis suis dictam Advocationem nominationem presentationem
liberamque dispositionem et Jus patronatus dicte dignitatis Cancellariatus pro termino vi-
ginti et unius annorum proxime post dat presentium immediate sequen et plenarie complendorum:
Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendissimo patri executoribus et assignatis suis
quamcunque personam idoneam ad dictam dignitatem Cancellariatus primo et proxime post
dat presentium (ut profertur) vacatur pro termino viginti et unius annorum nominare et
presentare, ac

presentare, ac Ius nominationis et presentationis dicte dignitatis Cancellariatus cuicunque persone idonee pro termino predicto facere et concedere, ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Archiepus faceremus seu facere possemus, si hec presens nostra concessio sive confirmacio inde facta non fuisset; Proviso tamen quod quandocunque contigerit hanc nostram donationem sive concessionem durante termino predicto viginti unius annorum proxime post dat presentium proxima et proxima fiet aut aliqua alia vacatione dicte dignitatis Cancellariatus suum debitum sortiri effectum, ac personam idoneam ad presentationem dicti Reverendi patris executorum vel assignatorum suorum ad dictam dignitatem Cancellariatus vacua fore admitti et institui, ac in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem induci et installari pacifice et quiete, Extunc totum Ius patronatus Advocatio et disposicio dicte dignitatis Cancellariatus ad nos et successores nostros integre revertetur, presenti donatione sive concessione nostra in aliquo non obstante. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Capitale presentibus apponi fecimus. Dat nono die mensis Julij Anno Dni millesimo sexcentesimo quinto, Regnique Illustrissimi in xpo Principis et Dni nri Jacobi dei gratia Anglie Francie et hibernie Regis fidei defensoris &c Tertio, et Scotie Tricesimo octavo, Et nostre Translationis Anno Primo

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem et gratiam: Cum Reverendus in xpo pater ac venerabilis Confrater noster Dnus Richardus eadem providentia London Epus Iura libertates consuetudines et Prerogativam dicte nostre Metropolitice ecclie Cantuar prout tenebatur pro posse suo adimplere volens, ex causis et consideracionibus in scripto suo gerente dat nono die mensis Julij Anno Dni millesimo sexcentesimo quinto iam currente, Regnique Serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et hibernie Regis fidei defensoris &c, viz Anglie Francie et hibernie tertio, et Scotie Tricesimo octavo, et sue Translationis Anno Primo mencionatis et specificatis ac in plenam satisfactionem earundem pro se et successoribus suis per dictum scriptum suum dederit concesserit ac eodem scripto suo nobis confirmaverit Richo Cantuar Archiepo antedicto executoribus et assignatis nostris primam et proximam Advocationem nominationem, liberamque disposicionem et Ius patronatus dignitatis Cancellariatus in ecclia Cathli Sancti Pauli London fundat suorum patronatus et disposicionis existentis cum per mortem resignationem cessionem dimissionem permutationem, privationem seu alio quocunque modo legitime primo et proxime post dat dicti scripti eandem vacare seu vacuam fore contigerit. Habend tenend et gaudend nobis prefato Richardo Cantuar Archiepo executoribus et assignatis nostris dictam advocationem, nominationem, presentationem, liberam disposicionem et Ius patronatus dignitatis Cancellariatus predict pro termino viginti et unius annorum proxime post dat scripti predict immediate tunc sequent et plenarie complendorum, Ita quod bene liceat et licebit nobis ac executoribus et assignatis nostris quamcunque personam idoneam ad dictam dignitatem Cancellariatus primo et proxime post dat dicti scripti (ut prefertur) vacaturam pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare, Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout prefatus Confrater noster Richardus London Epus vel successores sui facerent seu facere possent, si ista concessio sive confirmacio predict nobis inde facta non fuisset prout per scriptum suum huiusmodi plenius liquet et apparet. Sciatis igitur nos Richardum Archiepiscopum Cantuar antedictum pro variis iustis et legitimis causis et consideracionibus nos in ea parte specialiter moventibus dedisse concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse et assignasse honorando viro Thome Comiti Dorset prenobilis ordinis Garterij militi Dno Thesaurario Anglie executoribus et assignatis suis totum dictum scriptum (ut prefertur) per prenominatum Reverendum patrem Confratrem nostrum Dnum Richardum London Epum antedictum nobis factum, quamque Ius statum et interesse nostrum inde nobis competens vel competentibus, Ita quod bene liceat et licebit eidem honorando

viro

Assignacio dicte Advocationis

viro Thome Comiti Dorset executoribus et assignatis suis et eorum cuilibet quamcumque personam idoneam ad dictam dignitatem Cancellariatus primo et prox post dat dci scripti nri (ut prefertur) vacatur pro predicto termino viginti et unius annorum nominare et presentare, Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma, prout nos prefatus Richardus Cantuar Archiepus antedictus executores vel assignati nri faceremus seu facere possemus si hec presens nra concessio sive ~~assignatio~~ modo facta non fuisset. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus. Dat Decimo die mensis Julii Anno Dni millesimo sexcentesimo quinto, Regnique predci Dni nri ~~Regis~~ Jacobi Regis Anglie Ffrancie et Hibernie Tertio et Scotie Tricesimo octavo, nreque Transl Anno Primo. (L)/

Asaphen

Acta habita et facta

in negotio Confirmationis electionis facte de persona venerabilis viri Richardi Parry sacre theologie professoris Decani ecclie Cathis Bangorensis in Episcopum et pastorem ecclie Cathis Asaphensis electi, die Sabbathi, vicesimo nono viz die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, Regnique Serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Anglie Ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c Secundo, et Scotie Tricesimo octavo, In ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London ecclis xpi Cantuar Jurisdictionis, immediate inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili et egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et ltime deputato et constituto, In presentia mei Johis Gosten notarii publici &c./

Dictis die et loco

atque inter horas predict. Presentatis coram prefato venli et egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario &c ac Commissario &c Judicialiter et pro Tribunali sedente Lris patentibus regiis de assensu suo regio &c supranominato Reverendmo patri directis, necnon Commissionalibus dicti Reverendmi patris eidem venli viro et aliis coniunctim et divisim in hac parte factis, ac per me prefatum Johem Gosten de mandato dicti Dni Edwardi Stanhope publice lectis; Idem Dnus Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dci Dni nri Regis et memorati Reverendmi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Lrarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta tenorem formam et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter discretus vir magr Simon Thelwall notarius publicus alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literarium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo eccle Cathis Asaphen predict sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procurio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem Dno Edwardo Stanhope vicario in spualibus generali et Commissario &c venerabilem virum Richardum Parry sacre theologie professorem Decanum eccle Cathis Bangoren predict electum, et ipsum confirmari petebat. Et tunc dictus magr Simon Thelwall exhibuit mandatum citatorium originale alias contra oppositores in hoc negotio emanat una cum certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari, Quibus tunc et ibm publice preconizatis et nullo modo comparentibus &c, Prefatus magr Simon Thelwall procurator antedictus accusavit contumacias eorum omnium et singulorum sic (ut prefertur) ad hos diem horas et locum citatorum et intimatorum &c, modo predco preconizatorum diu et sufficienter expectat et nullo modo comparen, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curan, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c, Ad cuius petitionem dictus Dnus Edwardus Stanhope pronuntiavit eos omnes et singulos sic citatos, inti-

matos preconizatosque, et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel -
opponere curantes contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi
contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cui=
libet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit,
ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout
in schedula per eum lecta plenius continetur: Quibus sic gestis prefatus magister Theloall procu=
rator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit sum=
mariam peticionem in scriptis quam petiit admitti &c, qua quidem summaria peticione per me
prefatum Johannem Coston de mandato dicti Domini Edwardi Stanhope publice lecta, Idem
Dominus Edwardus Stanhope admisit dictam summariam peticionem quatenus de iure sit admittenda
et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c, et assignavit eidem magistro Theloall ad
probandum contenta in eadem summaria peticione ad statim, Et tunc dictus magister Theloall -
procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria peticione, exhibuit -
literas patentes regias de assensu suo regio superius mencionatas magno sigillo Anglie sigillatas
per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte prefatum
venerabilem virum Richardum Parry in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegisse,
regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse, ac etiam exhibuit cer=
tificatorium sive literas testimoniales de et super electione eiusdem Richardi Parry in Episcopum et Pastorem -
ecclesie Cathedralis predicte sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillatas ei=
dem venerabili viro directas, necnon instrumentum publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri
eidem electioni adhibito, et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse
et esse vera, atque habita et gesta prout in eisdem continetur, petendo terminum assignari ad -
audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa, ad cuius peticionem prenominatus Dominus
Edwardus Stanhope assignavit ad audiendum sententiam ad statim: Consequenter vero facta alia
trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum &c et
nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte opponere curantium, dictus Dominus Ed=
wardus Stanhope ad peticionem saepefati magistri Simonis Theloall accusantis contumacias
&c, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum
huiusmodi ad peticionem eiusdem magistri Theloall decrevit procedendum fore ad prolationem
Sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis, eorum sic citatorum et -
non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula -
per eundem Dominum Edwardum Stanhope lecta continetur: Hiis expeditis prestitoque Jura=
mento per prefatum venerabilem virum Richardum Parry Dominum Electum ad sancta Dei Evan=
gelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate obedientia et subiectione dicto
Serenissimo Domino nostro Regi, eiusque heredibus et successoribus prestandis, ac de renunciando
omnimode forance potestati &c iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi,
necnon de licita et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo patri, Domino Richardo
Cantuariensi Archiepiscopo et successoribus suis &c, quamque nulla simoniaca convencione seu
pravitate interveniente &c iuxta formam descriptam in Quadragesimo Canone Cano=
num ecclesiasticorum Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto regia authoritate editorum et
promulgatorum &c se ad Episcopatum Assaphensem promoveri procuravit &c, Prefatus -
Dominus Edwardus Stanhope ad peticionem dicti magistri Theloall legit tulit et promul=
gavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio, -
in scriptis conceptam, pronunciando decernendo, declarando confirmando supplendo, ceteraque
faciendo prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis tam dictus -
Dominus Electus Assaphensis, quam prefatus magister Simon Theloall procurator Decani et
Capituli antedicti me Notarium publicum antedictum sibi unum vel plura, publicum
seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos -
testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt: Deinde
prefatus Dominus Edwardus Stanhope ad peticionem tam dicti Domini Electi, quam memo=
rati magistri Simonis Theloall procuratoris antedicti decrevit eis literas testimoniales super
omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis -
fieri et liberari, presentibus tunc et ibidem Reverendo in Christo patre Domino Georgio Episcopo
Sodorensi alias Insule de Man, venerabilibus viris Johanne Day, Johanne Hayward, et -
Samuele Seeder legum respective doctoribus, Hugone Hughes Armigero, Arthuro -
Williams

Williams artium magro, Thoma Griffith, Thoma Goodman et Simone Parry generosis
necnon Henrico Ironmonger, Humfrido Lloyd, et Johanne Drake notarijs publicis, Edmundo
Littleworth, et Richardo Higgs literatis et multis alijs testibus &c. / [illegible] /

Tenores vero tam literarum patentium regie maiestatis quam
totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact et super-
rius mentionat sequuntur et sunt tales viz.

Lre patentes regie / Jacobus Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et hibernie Rex fidei defen-
sor &c, Reverendissimo in xpo patri ac predilecto et fideli nro Richardo Cantuar
Archiepo totius Anglie Primati et metropolitano et alijs quibuscunque Episcopis quorum
in hac parte interest, salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Asaphen per
mortem naturalem ultimi Epi ibm ad humilem peticonem Decani Eccle Cathis Asaphen,
et eiusdem eccle Capituli per lras nras patentes Licentiam illis concesserimus alium sibi eli-
gend in Epum et Pastorem sedis predict: Jidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu
Licentie nostre predict dilectum nobis in xpo Richardum Parry sacre theologie profes-
sorem Decanum eccle Cathis Bangoren sibi et Eccle Asaphen predict elegerunt in Epum
et Pastorem, prout per lras suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde direct gerent
dat Decimo nono die Octobris Anno regni nri Anglie ffrancie et hibernie Secundo, et
Scotie Tricesimo octavo plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem
electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore pre-
sentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter
precipientes ac mandantes, quatenus vos aut ad minus tres vestrum eundem Richardum
Parry in Epum et Pastorem eccle Cathedralis Asaphen sic (ut prefertur) electum,
electionemque illam confirmare, ac ipsum Epum et Pastorem eccle Cathedralis Asaphen
predict consecrare, ceteraque omnia et singula peragere facere et perimplere que vestro in
hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam legum et Statut in ea parte edit
et provis velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus
patentes. Teste me ipo apud Westmr Undecimo die Decembris Anno regni nri An-
glie ffrancie et hibernie Secundo, et Scotie Tricesimo octavo. / per bre de privat
Sigillo &c. / Bruce / Ca: / [illegible] /

Lre Commissionales Reverendissimi / Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus, Dilectis nobis in xpo venerabilibus et egregijs viris Edwardo
Stanhope militi legum doctori vicario nro in spualibus generali et officiali principali,
Willmo fferrand et Johanni Amye legum respective doctoribus salutem et gratiam. Cum
lras patentes Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie,
Scotie ffrancie et hibernie Regis fidei defensor &c sigillo suo magno Anglie sigillat gerentes
datum apud Westmr Undecimo die Decembris Anno regni sui felicissimi Anglie ffrancie
et hibernie Secundo, et Scotie Tricesimo octavo receperimus, in quibus inter alia nobis pre-
ceptum est, ut electionem venerabilis viri Richardi Parry sacre theologie professoris Decani
eccle Cathis Bangoren ad Epatum Asaphen confirmaremus. Nos cum ea qua decuit reve-
rentia volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinand igitur, discu-
tiendum, approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prenominati venerabilis viri
Richardi Parry factam et celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam secundum
Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum
mandati regij predict nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem
rite et ltime factam et celebratam fuisse et esse vobis coniunctim et divisim constiterit approband
et comproband. Defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et ltime supplend.
Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fue-
rint seu quomodolibet opportuna. Vobis coniunctim et divisim committimus vices nras ac plenam in dno
tenore pntium concedimus potestatem, Juribus nris Archiepalibus Cantuar, ceterisque

emolument

emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) publice appeni fecimus. Dat' in manerio nostro de Lambehith vicesimo octavo die mensis Decembris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translacionis Anno primo.

Procuratorium

Pateat universis per presentes, Quod nos Thomas Banks Clericus in artibus magister Decanus ecclesie Cathedralis Assaphen' et eiusdem ecclesie Capitulum dilectos nobis in Christo discretos viros Richardum Trever et Samuelem Cadere legum respective doctores, Thomam Lovell, Johannem Price, Simonem Thelwall notarios publicos Almeque Curie Cantuar' de Arcubus London' procuratores generales et conjunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solid', ita quod non sit melior condicio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit, id eorum quilibet libere prosequi valeat, mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula, nominamus, ordinamus facimus et constituimus per presentes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris conjunctim et eorum cuilibet per se (ut prefertur) divisim et in solid' potestatem generalem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice loco et nomine nostris coram venerabili viro magistro Richardo Parry sacre theologie professore in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphen' per nos unanimiter elect' comparend' et interessend', literasque nostras Certificatorias sive decretum de et super electione sua huiusmodi per nos fact' et confect', sigilloque nostro communi et Capitulari sigillat' eidem venerabili viro exhibend' et ostendend', ipsumque simpliciter et cum instantia quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quatenus ipse electioni de se (ut premittitur) facte consentire, et consensum suum prebere expresse dignetur, rogand' requirend' et obtinend', electionemque sive certificatorium super electione huiusmodi Serenissimo in Christo Principi Domino nostro Jacobo Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi fidei defensori etc. presentand', significand' et intimand'; Necnon negotium confirmacionis electionis antedicte coram venerabilibus et egregijs viris, magistris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis et Metropoliticie Christi Cantuar', ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuar' sede plena pertinuit (ipsa sede iam vacante) notorie dignoscitur pertinere, aut alij cuicunque sive alijs quibuscunque potestatem sive auctoritatem sufficientem in hac parte habenti sive habentibus usque ad finalem expedicionem eiusdem pro nobis vice et nominibus nostris prosequend', ac confirmacionem in ea parte petend' et obtinend' provocand' et appellandi ac provocaciones et appellaciones huiusmodi notificand' et intimand'; Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend', ac substitutum seu substitutos huiusmodi revocand', procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumend' quoties et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur expedire; Et generaliter omnia alia et singula faciend' exercend' et expediend' usque ad finalem expedicionem negotij confirmacionis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se exigant magis speciale quam superius est expressum; Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit in premissis seu eorum aliquo sub ypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum commune et Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat' in domo nostra Capitulari decimo nono die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto.

Citacio con oppositores

Richardus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per Provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitutis, salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Assaphen' per mortem naturalem Reverendi patris Domini Willelmi Morgan ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Assaphen' pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebrand. certum terminum prefixerint et assignaverint, et huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, Reverendum virum Richardum Vaughan sacre theologie professorem Dominum ecclesie Cathedralis Cestren. in eorum et ecclesie Cathedralis Sancti Pauli Episcopum et Pastorem elegerunt. Cumque Serenissimus in Christo Princeps et Dominus noster Dominus Jacobus Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris Domini Electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillat. nobis significaverit, Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet; Nos vero volentes eiusdem Domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad dictum hoc locum et effectum infrascript. evocand. et citand. fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar. Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali vel Commissariis nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London predict. die Sabbati vicesimo nono viz. die mensis instantis Decembris, inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte faciend., contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur. excepetur. et opposetur., ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma prescriptis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, Quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario predict. comparuerint, et contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus, ac iustitiam ministrabimus seu sic procedet ac iustitiam ministrabit Vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarius predict., ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus, una cum presentibus. Dat. vicesimo quarto die mensis Decembris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translationis Anno primo.

Certificatorium dict. Citationis

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Richardo providentia divina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, aut Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato, Vester humilis et devotus Richardus Higges literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus, omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscript. nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequutur., cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra prenominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tum per affixionem eiusdem mandati vri in valuis exterioribus dicte parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript, et ibm aliquandiu dimissi, quam per publicaconem eiusdem in dicta parochie predict die Mercurij vicesimo sexto presentis die mensis instantis Decembris peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vro Reverendmo mandato contentis et specificatis, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturi et oppositur, ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vri mandati Reverendmj de se exigunt et requirunt; Et preterea dictis die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi, Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que imperata sunt fecerint sive non, Vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedetis seu procedet ac iusticiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vrum Reverendmum retroscript huiusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Dni Archni Essex presentibus apponi procuravi. Et nos Archinus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo octavo die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto / &c /

In dei nomine Amen / Nos Edwardus Stanhope miles legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Richardi providentia divina Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta comm et dim specialiter et ltime deputatus et constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi Parry sacre theologie professoris Decani Ecclie Cathis Bangoren in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Assaphen electi facte et celebrate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dictur excepturos et oppositurus, alias ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathis Assaphen predict pronunciamus contumaces, ac eis et eorum cuilibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam precludimus in his scriptis, ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore, iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Prima Schedula /

In dei nomine Amen, coram vobis Reverendmo in Christo patre et Dno Dno Richardo providentia divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus lris Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et ltime fulcito, vestrove Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter et ltime constituto, aut Commissarijs vris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis, eorumve altero quocunque: Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclie Cathis Assaphen dicit allegat et in his scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Imprimis quod sedes Epalis Assaphen per mortem naturalem Reverendi patris Dni Willmi Morgan sacre theologie professoris ultimi Epi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit, et aliquandiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, hocque fuit et est verum publicum, notorium, manifestum pariter et famosum, Ac ponit coniunctim et divisim et de quolibet. / &c / i

3

2 Item quod dicta sede Episcopali dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte capitulariter congregati et capitulum facientes (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte pro huiusmodi electione fienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos dicte ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios Jus vocem et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predicta in huiusmodi electionis negotio procedere et procedi videre legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

3 Item quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, viz, decimo nono die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto iam currente capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et Statutis huius regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum Richardum Parry sacre theologie professorem ecclesie Cathedralis Bangorensis decanum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis ~~Episcopum~~ Assaphensis Episcopum et Pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra.

4 Item quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Assaphensi predicta in ecclesia Cathedrali Assaphensi predicta coram clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra.

5 Item quod dictus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra.

6 Item quod antedictus venerabilis vir Richardus Parry sacre theologie professor decanus ecclesie Cathedralis Bangorensis, fuit et est vir providus et discretus, eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus, et ecclesie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

7 Item quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam antedicto Serenissimo domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi sigillatas pro officii sui debito iuxta statuta huius inclyti regni Anglie significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra.

8 Item quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem regie sublimitati processu electionis huiusmodi, idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia regia electioni huiusmodi de persona prefati viri Richardi Parry (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Et ponit ut supra.

9 Item quod dictus Serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare, ipsumque insigniis Episcopalibus insignire, et decorare, ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte

editi et lrarum patentium hmoi scriptu rebelibus cum favore, horumque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra /

Item qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in pnti laborant publica vox et fama, unde facta fide de iure in hac parte requisit, ad quam faciend offert se pars ista proponen dictorum decani et Capituli se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatum electionem et personam electam confirmand fore decern et cum effectu confirmari, iuxta Juris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam, nec non lrarum patentium regiarum hmoi vobis directarum in hac parte scriptu, curamque regiminis et administracionem spiritualium Epatus Assaphen predict eidem domino Electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Assaphen, Juriumque dignitatum honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend et inthronizand fore decerni, ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscunque, quod Juris fuerit et rationis, ac statutis huius incliti regni Angliae consonum, supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes: Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probacionis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis, eatenus obtineat in petitis, Juris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium Dne Judex antedict humiliter implorando. 10 &/

Venerabili et egregio viro Richardo Parry, sacre theologie professori Decano ecclie Cathlis Bangorien, Nostri humiles Thomas Banks Clericus in artibus magr Decanus eccles Cathlis Assaphen et eiusdem ecclie Capitulum omnimodam reverentiam et obediam tanto viro debit condignam vestre reverentie. Tenore pntium significamus et innotescimus, Qd vacante nuper sede Epali Assaphen per mortem naturalem Reverendi in xpo patris et Dni Dni Willmi Morgan sacre theologie professoris nuper Epi ibm, Nos decanus eccles Cathlis Assaphen, ac eiusdem eccles Cathlis Capitulum antedict in domo nra Capitulari die dat presentium vigore et auctate Licentie Illustrissimi in xpo principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Angliae Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c nobis in ea parte fact et concess ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem ecclie Cathlis predict Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes, servatis de Jure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis, habitoque per nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligend, tandem in vram reverentiam vota nra direximus, dictamque reverentiam vram per regiam Maiestatem nobis nominatam et commendatam in nrum et dicte ecclie Cathlis Assaphen Epum et Pastorem unanimiter et gratis animis elegimus, ac electionem hmoi dicto Illustrissimo Dno nro Regi per lras nras certificatorias sigillo nostro communi sigillat significavimus et notum fecimus: Quocirca vram reverentiam humiliter et obnixe rogamus, quatus hmoi electioni de persona sua sic (ut prefertur) per nos fact et celebrat consentire, ac consensum et assensum vros eidem prebere gratiose dignemini. In quorum omnium et singulorum fidem et Testimonium sigillum nrum Commune pntibus apponi fecimus. Dat in domo nra Capitulari decimo nono die mensis Octobris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, Regnique Illustrissimi in xpo principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Angliae Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c scilt Regni sui Angliae ffrancie et Hibernie Secundo, et Scotie Tricesimo octavo / &/ Cer^m Electo /

In dei nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Qd sexto die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, Regnique Serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Angliae ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor &c Secundo, et Scotie Tricesimo octavo: In quadam Cambera inferiori infra edes Cutberti Instrum^tu consensus Dni Electi /

Bellot.

Bellett sacre theologie bachilaurei unius prebendariorum ecclesie Collegiate Beati Petri Westmonasterii in parvulo claustro dicte ecclesie Collegiate situat, In mei Johannis Drake notarij publici, ac testium inferius nominatorum presentia: Constitutus personaliter discretus vir Simon Thelwall notarius publicus alterque Curie Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Assaphensis, sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillatum, ei inter alios concesse et directi factum, et fecit se partem pro eisdem, et nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli, presentavit venerabili et Reverendo viro Richardo Parry sacre theologie professori Decano ecclesie Cathedralis Bangorensis tunc et ibidem personaliter presenti literas quasdam testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub cera rubea etiam sigillatas, de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte facta et celebrata, eundemque venerabilem virum Dominum Electum instanter, instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur, Qui quidem venerabilis vir Electus Assaphensis Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicto Serenissimo Domino nostro Regi, qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignatus est, Deinde eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis amice elegerint, licet se tanto munere indignum iudicaret; Tamen ne ipse divine voluntati et dicti Domini nostri Regis beneplacito obtemperare minime videretur, Deum precatus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit, ad illustrandum nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurandam, electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis, prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens, publice legebat, continetur, Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis, videlicet:

In Dei nomine Amen, Ego Richardus Parry sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Bangorensis, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphensis rite et legitime nominatus et electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Assaphensis predicte instanter rogatus et requisitus (Dei Omnipotentis clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei Omnipotentis patris filij et Spiritus Sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir Dominus Electus, quam memoratus Simon Thelwall procurator antedictus, me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura, publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt: Acta fuerunt hec omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur sub anno Domini Regnique regie Maiestatis mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibidem Samuele Hadore legum doctore, Johanne Edwardes generoso, Thoma Barker et Hugone Thomas literatis testibus ad premissa videntibus audientibus et testificantibus vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristoliensis diocesis natus publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini Regnique regie Maiestatis, mensisque die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma premissis fieri, geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi: Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius me fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, meque hic subscripsi, In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus/

Per me Johannem Drake notarium publicum auctoritate

Cert' electionis Decani et Capituli Cantuar'

Venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis et metropolitice Christi Cantuar' ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cantuar' sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacante notorie dignoscitur pertinere, aut alij cuicunque sive alijs quibuscunque potestatem sive auctoritatem sufficientem in hac parte habenti seu habituro: Vestri humiles Thomas Banks Clericus in artibus magister Decanus ecclesie Cathedralis Assaphen' et eiusdem ecclesie Capitulum reverentiam debitam et condignam: Vobis tenore presentium significamus et innotescimus Quod sede Episcopali Assaphen' iam per mortem naturalem Reverendi patris bone memorie domini Willimi Morgan ultimi Episcopi ibidem vacante pastorisque solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et auctoritate literarum regie Maiestatis nobis Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Assaphen' predict' de alio in Episcopum et Pastorem ibidem eligend' fact' et concess' in domo nostra Capitulari die dat' presentium Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes, servatis primitus per nos omnibus et singulis ad dicte electionis negotium de Jure et statutis huius regni Anglie sive antiqua consuetudine dicte ecclesie Cathedralis Assaphen' servandis, habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligend', Tandem in venerabilem virum Richardum Parry sacre theologie professorem Decanum ecclesie Cathedralis Bangoren' per Serenissimum Dominum nostrum Regem nobis specialiter nominatum et commendatum vota nostra direximus, ipsumque vigore dictarum literarum Serenissime Regie Maiestatis in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Assaphen' Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer (nullo contradicente vel reclamante) elegimus, prout per alias literas nostras Certificatorias dicto domino nostro Regi in ea parte direct' et transmiss' plenius liquet et apparet: Vobis igitur tenore presentium humiliter supplicamus et in Domino rogamus, quatenus dictam nostram electionem sic per nos (ut prefertur) de persona prefati venerabilis viri Richardi Parry fact' et celebrat' confirmare, ceteraque peragere perficere et expedire, que ad officium vestrum in hac parte quomodolibet spectant dignemini cum favore, Ut Deo Opt. Max. bonorum omnium largitore favente et cooperante, dictus electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter pariter et prodesse, ac nos sub eo et eius regimine bono possimus Deo in dicta ecclesia militare, Sicque Deus Optimus Maximus vos diu conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et Testimonium sigillum nostrum Commune apponi fecimus. Dat' in domo nostra Capitulari decimo nono die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto, Regnique dicti Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. scilicet Regni sui Anglie Francie et Hibernie secundo, et Scotie Tricesimo octavo.

Secunda schedula

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi Parry sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis Bangoren' in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Assaphen' electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel opposituros, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Assaphen' predict' pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi

negotio

nobis facienda, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive contumaciis in aliquo non obstantibus //

Sententia //

In Dei nomine Amen. Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope militem legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem, necnon Commissarium inter alios ad infrascripta cum aliis et divisim specialiter et legitime constitutum, meritis et circumstantiis cuiusdam causae sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi Parry sacrae theologiae professoris decani ecclesiae cathedralis Bangorensis in Episcopum et pastorem ecclesiae cathedralis Assaphensis electi, factae et celebratae, quod coram nobis in judicio aliquamdiu vertebatur, vertiturque in praesenti et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de jure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis, ad nostram sententiam diffinitivam sive nostrum finale decretum pronunciationem in huiusmodi confirmationis negotio ferendam sic ducimus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta, inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per decanum et capitulum ecclesiae cathedralis Assaphensis predictae de praenominato venerabili viro Richardo Parry electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare, quominus in Episcopum Assaphensem authoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari: Idcirco nos Edwardus Stanhope miles legum doctor vicarius in spiritualibus generalis et Commissarius antedictus, sic (ut praefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus, attentis praemissis et aliis virtutum meritis super quibus praenominatus electus Assaphensis apud nos fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris praeponentes et habentes, de et cum consilio jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, praenominatam electionem de eodem venerabili viro Richardo Parry factam et celebratam authoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus supplentes et supplemus: Ipsumque sic electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Assaphensis eidem domino electo et confirmato committimus, ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Assaphensis predicti, juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem, seu eius deputatum, juxta dictae ecclesiae Assaphensis predictae morem et consuetudinem (legibus et statutis huius regni Angliae non adversantem) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis. / xxix° Decembris 1604, Ed: Stanhope

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum dominum Edwardum Stanhope militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem etc., ac Commissarium etc. predicti Reverendissimi patris etc., die Sabbathi vicesimo nono viz. die mensis Decembris Anno Domini 1604, in ecclesia parochiali beatae Mariae virginis de Arcubus London etc., inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei, ad petitionem magistri Simonis Thelwall notarii publici procuratoris decani et capituli ecclesiae cathedralis Assaphensis etc., presentibus me [illegible] notario publico etc. Super quibus etc. presentibus tunc et ibidem testibus in actis mentionatis etc. //

Actus Consecrationis

Die Dominico Tricesimo vizt die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto, Et translationis Reverendissimi in xpo patris et dni dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Anno primo, In Capella dicti Reverendissimi patris infra manerium suum de Lambehithe &c situat Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate Literarum Commissionalium patentium Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et hiberniæ Regis fidei defensoris &c, sibi in hac parte directarum, assistentibus sibi Reverendis in xpo patribus Richardo London, Tobia Dunelmen et Martino Elien respective Epis, munus consecrationis venerabili viro Richardo Parry sacræ theologiæ professori in Epum et Pastorem dictæ Cathis Assaphen electo et confirmato (præstito primitus per eundem Dnum Electum et confirmatum iuramento tam de agnoscenda regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciand omni et omnimodæ Jurisdictioni potestati et auctoritati forincecis et extraneis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti regni Angliæ in ea parte editi et provisi, necnon de reverentia et obedientia debit prænominato Dno Archiepo Cantuar, et dictæ Metropoliticæ ecclie Cantuar exhibend, quam quod nulla Symoniaca conventione seu pravitate interveniente se ad Epatum Assaphen promoveri procuravit &c (adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno ecclie Anglicanæ adhibend) iuxta formam descriptam in libro intitulat, The forme and manner of makinge and conseratinge of Bishops, Preists and Deacons impendebat, in presentia mei Johannis Weston notarii publici officium Registrariatus principalis dicti Reverendissimi patris exercen, Præsentibus tunc et ibidem Reverendo in xpo patre Dno Georgio Epo Sodoren als Insulæ de Man, necnon venerabilibus et egregiis viris Dnis Edwardo Stanhope milite legum doctore prenominati Reverendissimi patris vicarii in spiritualibus generalis et Officialis principalis, Dno Richardo Swale milite Legum doctore Curiæ Audientiæ Cantuar causarum et negotiorum Auditore, Dno Johanne Bennet milite legum doctore Curiæ Prerogativæ Cantuar necnon Custode sive Commissario, Lancelloto Andrewes sacræ theologiæ professore decano dictæ Collegiatæ Beati Petri Westmr, Willelmo Barlowe sacræ theologiæ professore decano dictæ Cathis Cestren, Samuele Cadero legum doctore, Zacharia Pasfeild sacræ theologiæ baccalaureo, Johanne Gilpyn generoso Apparitore et Johanne Drake notario publico cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c —/ Et

Mandat ad installand

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Angliæ mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et hiberniæ Regis fidei defensoris &c, sufficienter et legitime fulcitus, Venerabili viro Carolo Fotherby sacræ theologiæ baccalaureo Archino nro Cantuar in ecclia nra Cathi et Metropolitica xpi Cantuar, salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Epali Assaphen per obitum bonæ memoriæ Dni Willmi Morgan ultimi Epi ibidem, Decanus et Capitulum dictæ Cathis Assaphen (licentia regia in ea parte prius petita et obtenta) venerabilem virum Richardum Parry sacræ theologiæ professorem Decanum dictæ Cathis Bangoren in eorum et dictæ ecclesiæ Cathis Assaphen predict Epum et Pastorem elegerint, et dictæ Cathi predict de eodem providerint. Quam quidem electionem et personam electam (servatis de Jure et statutis huius regni Angliæ in ea parte servandis) Nos Richardus Cantuar Archiepus antedictus auctoritate qua supra confirmavimus, eidemque confirmato curam regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Assaphen commisimus, necnon consequenter munus Consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more ecclie Anglicanæ adhibendis) eidem Electo et confirmato impendimus, Ipsumque Dnum Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Assaphen Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend installand et inthronizand fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus, quatenus prefatum Reverendum patrem Dnum Richardum Parry electum confirmatum et consecratum, seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Asaphen Juriumque dignitatum honorum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu: Cathedramque sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Asaphen predict Episcopo ibidem assignari solitam sibi (uti moris est) assignes, et eum in nomine Domini nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Juribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus Cantuar, et dicte nostre Cathedralis et Metropoliticae Ecclesie Cantuar predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis: In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo nono die mensis Decembris Anno Domini millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translationis Anno primo &c./

Inductio./

Quinto die mensis Januarii Anno Domini iuxta Computationem Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Emanavit inductio vigore huius mandati directa honorabilibus viris Thome Banks in artibus magistro decano ecclesie Cathedralis Asaphen, ffulconi Price presbitero artium magistro, Rogero Thomas presbitero artium magistro, ac Johanni Davies presbitero Concionatori publico, Canonicis et prebendariis respective dicte Ecclesie Asaphen predict, necnon Johanni Barker presbitero artium magistro Rectori de Llanymynech dict Asaphen dioces coniunctim et divisim &c, ad inducendum Reverendum patrem infrascript &c.

Act. Advocationis Epi Asaph fact. Archiepiscopo de eius prerogativa./

Vicesimo tertio die mensis Junii Anno Domini millesimo sexcentesimo septimo; Reverendus pater dominus Richardus Asaphen Episcopus pro se et successoribus suis pro termino viginti et unius annorum concessit Reverendissimo patri domino Richardo Archiepiscopo Cantuar pro prerogativa sua &c iuxta consuetudinem &c, primam et proximam nominationem, presentationem, liberam dispositionem et Jus patronatus Rectoriarum dictarum parochialium de Whitford, Llanraiadr et Pennant Asaphen dioces, et earum cuiuslibet sive alicuius cum per mortem resignationem, cessionem, dimissionem, permutationem, privationem aut alio quovismodo primo et proxime post dat predict vacaverint, seu earum una sive aliqua vacaverit &c, habendum tenendum et gaudendum prefato Reverendissimo patri executoribus et assignatis suis pro termino viginti et unius annorum post dat predict &c./

Assignatio Advocationis predict./

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit. Richardus providentia divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem et gratiam: Cum Reverendus in Christo pater ac venerabilis confrater noster dominus Richardus eadem providentia Asaphen Episcopus, Jura, libertates, consuetudines et Prerogativam dicte nostre Metropolitice Ecclesie Cantuar (prout tenebatur) pro posse suo adimplere volens, ex causis et considerationibus in scripto suo gerent dat vicesimo tertio die mensis Junii Anno Domini millesimo sexcentesimo septimo iam currente, Regnique Illustrissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris &c Quinto, et Scotie Quadragesimo, Et sue Consecrationis Anno tertio mentionat et specificat, ac ad plenam satisfactionem earundem pro se et successoribus suis per dict scriptum suum dederit, concesserit ac eodem scripto suo confirmaverit nobis Richardo Archiepiscopo antedicto executoribus et assignatis nostris primam et proximam Advocationem, nominationem, presentationem, liberamque dispositionem et Jus patronatus Rectoriarum dictarum parochiarum de Whitford, Llanraiadr et Pennant Asaphen dioces suorum patronatus et dispositionis existen et earum cuiuslibet, cum per mortem, resignationem, cessionem, dimissionem, permutationem, privationem aut alio quovismodo primo et proximo post datum dicti scripti vacaverint seu earum una sive aliqua vacaverit: habendum et gaudendum nobis prefato Richardo Cantuar Archiepiscopo antedicto executoribus et assignatis nostris dictam Advocationem, nominationem, presentationem, liberam dispositionem et Jus patronatus dict Rectoriarum dictarum parochialium de Whitford Llanraiadr et Pennant predict et earum cuiuslibet pro termino viginti et unius annorum prox post dat scripti predict et immediate tunc sequen et plenarie complendorum: Ita quod bene liceat et licebit nobis et executoribus

ribus et assignatis suis quamcumque personam idoneam ad dict Rectorias ecclesiarum parochial de Whitford Llanasaph et Newmarket sive earundem sive aliquam, cum primo et proxime post dat dicti scripti (ut prefertur) vacare contigerint sive earundem una sive aliqua vacare contigerit pro termino viginti et unius annorum ad libitum suum executorum et assignatorum suorum eligend, nominari et presentare, ceteraque omnia et singula facere, exequi et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma, prout prefatus Pater noster Richardus Asaphen Epus vel successores sui facerent seu facere possent, si predicta concessio sive confirmacio predict nobis inde facta non fuisset, prout per scriptum suum huiusmodi plenius liquet et apparet. Sciatis igitur Richardum Archiepum Cantuar antedictum pro diversis iustis et licitis causis et consideracionibus nos in ea parte specialiter moventibus dedisse concessisse et hoc presenti scripto nro confirmasse et assignasse Joannam Vaughan Civitatis London viduam, Relictam Reverendi patris Dni Richardi Vaughan nuper London Epi defuncti executoribus et assignatis suis tam dictum scriptum sic (ut prefertur) per prenominatum Reverendum prem Confratrem nrum Dnum Richum Asaphen Epum antedictum nobis factum, quam statum et interesse nra inde nobis competens vel competitur; Ita qd bene liceat et licebit eidem Joanne Vaughan executoribus et assignatis suis et eorum cuilibet quamcumque personam idoneam ad dict Rectorias ecclesiarum parochial de Whitford, Llanasaph et Newmarket sive earumdem sive aliquam cum primo et proxime post dat dicti scripti nobis (ut prefertur) facti vacare contigerint sive earum una vacare contigerit durante dicto termino viginti unius annorum ad eius arbitrium vel executorum et assignatorum suorum eligend, nominare et presentare, ceteraque omnia et singula alia facere exequi et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma, prout nos prefatus Cantuar Archiepus antedictus executores vel assignati nri faceremus seu facere possemus, si hec presens nra concessio sive assignacio facta non fuisset. In cuius rei Testimonium sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus. Dat decimo quarto die mensis Julii Anno Dni millesimo sexcentesimo septimo Regnique predicti dni nri Jacobi Regis Anglie Francie et Hibernie fidei defensoris etc Quinto, et Scotie Quadragesimo, Et nre Transl Anno Tertio.

Processus Consecrationis dni Johannis Phillips in Epum Sodoren sive Insule de Man.

Sodoren alias Insule de Man

Lre patentes regie pro eius consecracione

Jacobus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et fideli nro Dno Mattheo divina providentia Eboracen Archiepo Anglie Primati et Metropolitano, ac aliis quibuscumque Epis quorum in hac parte interest, salutem. Cum sedes Epalis in Insula de Man pro Eborum Provincie per Translacionem Georgii Lloyd nuper eiusdem dignitatis Presulis vacat, atque Episcopi et Pastoris solatio destituta existat, cuiusque nominatio, presentatio et dispositio Episcopatus et sedis predict in Insula de Man sic (ut prefertur) vacand, ad nos solum et insolidum iure pleno nostro spectet et pertineat: Sciatis igitur nos dilectum et fidelem nrum Johannem Phillipps in artibus magistrum et Concionatorem verbi dei ac eius literarum sacrarum scientia, vite probitate, morum honestate ceterisque virtutum donis quibus Altissimus eum insignivit plene intelligentes ad dict Epatum de Insula de Man sic (ut prefertur) vacand, et ad nram presentacionem et dispositionem spectand nominasse et presentasse, ac nominare et presentare, Eundemque Epatum cum suis Juribus dignitatibus privilegiis et pertinent quibuscumque in eum et eius personam disposuisse et disponere regia nra auctoritate pariter et favore per presentes, et hoc vobis tenore presentium significamus, volentes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus vos eundem Johannem Phillipps in Epum et Pastorem Insule predict consecrare auctorizare et investire, ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Legum et statutorum in ea parte edit et provis velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has lras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo nono die Januarij Anno regni nri Anglie ffrancie et hibernie secundo, et Scotie Tricesimo octavo. / per breve de privato sigillo &c, Warburton. /

Lre Comissionales Archiepi Eborum

Mattheus providentia divina Eborum Archiepus Anglie primas et Metropolitanus, auctoritate actus Parliamenti ad infrascripta sufficienter fulcitus; Reverendis Confratribus nris Dnis Richardo London, Tobie Dunelmen, Anthonio Cicestren et Georgio Cestren respective Epis salutem et fraternam in Dno charitatem. Ad consecrandum et benedicendum ea qua poteritis celeritate vice loco et nomine nris dilectum nobis in xpo Dnm Johannem Phillips Theologum, in Epum et Pastorem dicte Sedis sive Insule Sodoren sive de Man nre Eborum Provincie nominatum et presentatum, atque ad exhibend et impartiend illi Ceremonias in hac parte de more et iuxta modernis ecclie Anglicane usitatas et observatas, in quacunque ecclia Capella sive Oratorio decenti divino cultui disposit et ornat aliquo die Dominico vestro arbitrio limitand et assignand, assistentibus vobis quibuscunque Epis executionem officij sui obtinentibus, in numero competen et requisit in huiusmodi ministerio assidentibus et congrue cooperantibus. Ad recipiendum quoque exigendum et admittend vice loco et nomine nris ab eodem Dno Johanne Phillipps sic consecrando Juramentum tam de superioritate Serenissimi Dni nri Regis in causis ecclasticis et temporalibus, ac de recusacione et renunciacione omnis et omnimode potestatis auctoritatis et superioritatis et Jurisdictionis forane iuxta formam statut in ea parte edit et provis, quam etiam de obedientia debita nobis et successoribus nris Eborum Archiepis pro tempore existen exhibend et prestand, Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que de Jure et statutis huius regni Anglie in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vel requisit iuxta formam descript in libro intitulato, The forme and manner of makinge and Consecratinge Bishops Preists and Deacons &c, vobis quatuor, tribus vel duobus vestrum tenore presentium vices nras committimus, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus facultatem et potestatem. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Bishopthorpe secundo die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta cursum et computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Et nre Translacionis ad Archiepatum Eborum Anno decimo / E / E /

Actus Consecracionis

Die Dominico decimo vizt die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta Computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Regnique Excellentissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris &c secundo, et Scotie Anno Tricesimo octavo, in Capella infra Palatium Epale Reverendi in xpo patris Dni Richardi permissione divina London Episcopi situat dictis primitus precibus matutinis per Magistrum Ewyn sacre theologie baccalaureum dicti Reverendi patris Capellanum domesticum, et facta concione per magistrum Johem Wood sacre theologie bacchm, Idem Reverendus pater Dns Richardus London Epus antedictus ad sacre Communionis celebracionem processit, et finito Evangelio et publice recitato symbolo Niceno usitato: Prefatus Reverendus pater vestibus Epalibus indutus, ad consecracionem Reverendi in xpo pris Dni Johis Phillipps Theologi in Epum et Pastorem sedis Epalis Sodoren alias Insule de Man pro Eboracen Provincie per prenominatum Excellentissimum Dnm nrum Regem nominati et presentati obeundam se paravit. Tunc presentatis primitus eidem Reverendo patri per magistrum Matthewm Dodsworthe in legibus bacchm Reverendmi in xpo patris Dni Matthei Eborum Archiepi Cancellarium deputatum Lris Commissionalibus patentibus Dni nri Regis magno sigillo Anglie sigillatis, Reverendmo in xpo patri et Dno Dno Mattheo Eboracen Archiepo Anglie primati et Metropolitano directis, necnon Lris Commissionalibus eiusdem Reverendmi patris Dni Matthei Eboracen Archiepi Reverendis patribus Dnis Richo London, Tobie Dunelmen, Anthonio Cicestren, et Georgio

Cestren respective Epis pro huiusmodi consecracone fiendum factis, ac obtenta licentia sive Commissione Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Richardi providentia divina Cantuarien Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani eidem Reverendissimo patri Dno Mattheo Eboracen Archiepo pro huiusmodi consecracione in quacunque Ecclia Capella sive Oratorio divinis cultui dedicate eundem per provinciam suam Cantuar sibi libet consistent perficiend in scriptis, ac per Johannem Cestren notarium publicum respective publice lectis, dictus Reverendus pater Dns Richardus London Epus acceptand in se onus dictarum literarum regiarum patentium et Commissionalium ex vigore et auctoritate earundem literarum regiarum patentium et Commissionalium dictorum Reverendissimorum patrum Cantuar et Eboracen Archiepiscoporum assistentibus sibi prefatis Reverendis patribus Tobia Dunelmen, Anthonio Cicestren et Georgio Cestren respective Epis, munus consecracionis eidem Dno Johi Phillipps (ut prefertur) nominato et presentato, prestitis primitus per eum Juramentis tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omnimode forinsece Jurisdiccioni iuxta formam statuti quam de licita et Canonica obedientia prefato Reverendissimo patri Eboracen Archiepo moderno et successoribus suis exhibend, ac de Symoniacam pravitatem evitand iuxta Constituciones in ea parte editas et promulgatas; et adhibitis ritibus et Ceremoniis de iure moderno Ecclie Anglicane adhibendis, tunc et ibidem cum solemnitate debita impendebat iuxta formam descript in libro intitulat, The forme and manner of makinge and Consecratinge Bishopps Preists and Deacons &c, In presentia mei prefati Johis Cestren notarii publici in huiusmodi Consecracionis negotio assumpti ac presentibus tunc et ibm Dno Willmo Morrys Milite, Nicolao Kempe Armigero, Johe Wood et Brunio Cayye Sacre theologie bacc, Walltero Dodsworth in legibus bacc, Willmo Blackwell notario publico dicti Reverendi patris Dni London Episcopi Registrario, Humfrido Lloyd et Willmo Milbury notariis publicis Alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratoribus, Johanne Drake et Willmo Phillipps Juniore notariis publicis et Johanne Hurlebutt eiusdem Apparitore et multis aliis in numero copiose congregatis testibus &c, Super quibus dnus Reverendus pater Dns Epus Insule de Man requisivit me ac ad conficiend sibi unum vel plura Instrumentum &c

Acta habita et facta in negotio

Gloucestren

Glouc:

Confirmacionis Electionis de persona venlis viri Thome Ravys Sacre theologie professoris decani Ecclie Christi in Oxon in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Gloucestren electi, die Veneris, decimo quinto viz die mensis Martii Anno Dni iuxta computacionem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Regnique Dni nri Dni Jacobi dei gratia Anglie Francie et hibernie Regis fidei defensoris &c Secundo, et Scotie tricesimo octavo, In Ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London Ecclie Xpi Cantuar Jurisdiccionis immediate inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili et egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Reverendissimi in Xpo patris et Dni Dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputato et constituto, In presentia mei Johannis Cestren notarii publici &c

Dictis die et loco atque inter horas

predictas, Prefatis coram prefato venerabili et egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Vicario &c ac Commissario &c Judicialiter et pro Tribunali sedente literis patentibus regiis de assensu suo regio &c supranominat Reverendissimo patri directis, necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis coniunctim et divisim in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Caston de mandato dicti domini Edwardi Stanhope publice lectis, Idem dominus Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem: Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Thomas Fles notarius publicus alterque Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Glowcestren sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem domino Edwardo Stanhope vicario in spiritualibus generali et Commissario antedicto venerabilem virum Thomam Ravys sacre theologie professorem decanum ecclesie Cathedralis Christi in Oxon in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Glowcestren predict electum, et ipsum e regione Confirmandi sistebat: Et tunc dictus magister Thomas Fles exhibuit mandatum citatorium originale unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari: Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus etc, prefatus magister Thomas Fles procurator antedictus accusavit contumacias eorum omnium et singulorum sic (ut prefertur) ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum ac modo predicto preconizatorum, diuque et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces etc, Ad cuius petitionem dictus dominus Edwardus Stanhope pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes, contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludisset, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum tunc lecta plenius continetur: Quibus sic gestis prefatus magister Thomas Fles procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti etc, qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Caston de mandato dicti domini Edwardi Stanhope publice lecta, Idem dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Fles admisit dictam summariam petitionem quatenus de Jure sit admittend et decrevit procedend fore summarie et de plano etc, et assignavit eidem magistro Fles ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim: Et tunc dictus magister Fles procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mentionatas magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Glowcestren predict prenominatum venerabilem virum Thomam Ravys in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Episcopum et pastorem elegisse, regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse, ac etiam exhibuit instrumentum publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri Thome Ravys adhibito electioni de persona sua facte in Episcopum et pastorem Ecclesie Cathedralis Glowcestren predict, et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera, atque habita et gesta prout in eisdem continetur, petendo terminum assignari ad audiend sententiam sive finale decretum in hac causa: Ad cuius petitionem prenominatus dominus Edwardus Stanhope assignavit ad audiend sententiam ad statim: Consequenter vero facta alia trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum etc et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte opponere curantium, dictus dominus Edwardus Stanhope ad petitionem supradicti magistri Fles accusantis contumacias etc pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Fles decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio Confirmationis eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula per eundem dominum Edwardum Stanhope lecta continetur: hijs expeditis prestitoque Juramento per prefatum venerabilem virum Thomam Ravys sic electum ad sancta dei

Evangelia per eum corporaliter tact' et deosculat' tam de fidelitate obedientia et subiectione dicto Serenissimo Dno nro Regi, eiusq heredibus et successoribus prestand', ac de renunciando omnimode forinsece potestati &c iuxta formam statuti in ea parte edit' et provis', necnon de vera et Canonica obedientia prenominato Reverendmo patri Dno Richardo Cantuar Archiepo et successoribus suis &c, quam quod nulla Symoniaca Conventione seu pravitate interveniente se ad Episcopatum Gloucestren' promoveri procuravit &c, iuxta formam descript' in Quadragesimo Canone Canonum Ecclesiasticorum Anno Dni millesimo Sexcentesimo quarto regia auctate edit' et promulgat' &c, Prefatus Dnus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magri Iles porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et instrumentum fieri pro parte sua, legit, tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept', pronunciando decernendo, declarando, confirmando, supplendo, ceteraq faciendo prout in eadem sententia continetur: Super quibus omnibus et singulis tam dictus Dnus Electus Gloucestren', quam memoratus magr Iles procurator Decani et Capituli predict' me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Deinde prefatus Dnus Edwardus Stanhope ad petitionem tam dicti Dni Electi quam memorati magri Iles procuratoris antedic' decrevit dicto Lras testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supraspecificat' gestis et expeditis fieri et liberari: Presentibus tunc et ibm Richardo Kirby, Briano Atkinson, Xpofero Tapsam et Theophilo Higgons Clericis artiumq magris, Edwardo Burton artium magro, Humfrido Lloyd, Willmo Bruen, Thoma Coxe, Georgio fforman et Roberto Mitchell notariis pubcis, necnon Edwardo Littleworth et Richardo Higge literatis testibus &c cum multis aliis in numero copioso congregatis. / Ex'

Lre patentes regie

Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et fideli nro Dno Richardo permissione divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, aut aliis quibuscumq quorum in hac parte interest, salutem: Cum vacante nuper sede Epali Gloucestren per mortem ultimi Epi ibidem, ad humilem petitionem Decani et Capituli ecclie Cathis Gloucestren per Lras nras patentes licentiam illis concesserimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem sedis predict', Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nre predicte dilectum nobis in Xpo magrum Thomam Ravys sacre theologie professorem sibi et ecclie pred elegerunt in Epum et Pastorem prout per Lras suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde direct' plenius liquet et apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum pariter et favorem adhibuimus ac per pntes adhibemus, et hoc vobis tenore pntium significamus: Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiend' et mandantes, quatenus vos aut adminus tres vel duo vestrum eundem Thomam Ravys in Episcopum et Pastorem ecclie Cathis Gloucestren sic (ut prefertur) electum, electionemq illam confirmare, ipsumq Thomam Ravys Epum et Pastorem ecclie Cathis predict' Consecrare, ceteraq omnia et singula facere peragere et perimplere que vro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum in ea parte editorum et provisorum velitis cum effectu: In cuius rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmr Nono die Martii Anno regni nri Anglie ffrancie et Hibernie Secundo, et Scotie Tricesimo octavo. Per bre de privat sigillo &c, Brun, Reyn

Lre commissionales Cert'

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilectis nobis in Xpo Venerabilibus et egregiis viris Edwardo Stanhope Militi Legum doctori Vicario nro in spualibus generali et officiali principali, Willmo fferrand et Johanni Amys Legum respective doctoribus salutem et graciam: Cum Lras patentes Excellentissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westmr Nono die Martii Anno regni sui felicissimi Anglie ffrancie et Hibernie Secundo, et Scotie Tricesimo octavo, receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, Ut electionem venerabilis viri Thome Ravys sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis Christi in Oxon ad Episcopatum Gloucestren confirmaremus: Nos tum ea qua decuit reverentia volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere, Ad examinand igitur discutiend approband et confirmand dictam electionem de persona venerabilis viri Thome Ravys factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regii predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis coniunctim et divisim constiterit approbandum et comprobandum defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum; Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in Dno tenore presentium concedimus potestatem; Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar, ceterisque emolumentis nobis ac Officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis: In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith decimo quarto die mensis Marcii Anno Dni iuxta computationem Ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translationis Anno primo.

Pateat universis per presentes, Quod nos Griffithus Lewes sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis Gloucestren, Henricus Aisgill, Elias Wrench et Willimus Loe artium magistri prebendarii dicte ecclesie Cathedralis Gloucestren et eiusdem ecclesie Capitulum, dilectos nobis in Christo Georgium Pawle Armigerum, Thomam Ales notarium publicum, et Richardum Brasie generosum coniunctim et eorum quemlibet per se divisim nostros veros legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque nostrorum gestores et nuntios speciales ad infrascripta vice nomine et loco nostris obeund nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et nomine nostris coram Illustrissimo in Christo Principe et Dno nostro Dno Jacobo Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rege fidei defensore &c ac honorabilibus Dnis nostris Dno Thesaurario et Baronibus de Scaccario dicti Dni Regis, aliisque Auditoribus, Officiariis, seu ministris Dni Regis predict competentibus in hac parte quibuscunque: Necnon coram venerabili viro Thoma Ravys sacre theologie professore Decano Ecclesie Cathedralis Christi in Oxon in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Gloucestren electo respective comparendi et interessendi, literasque nostras Certificatorias de et super electione eiusdem venerabilis et egregii viri in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis ac sedis Episcopalis Gloucestren predict per nos unanimiter facta et expedit gerend dat die dat presentium ac sigillo nostro communi sigillat eisdem Illustrissimo Principi et Dno nostro Dno Regi supranominato, honorabilibusque Dnis nostris Dno Thesaurario et et Baronibus de Scaccario suo, aliisque Auditoribus Officiariis seu ministris eiusdem Dni nostri Regis in hac parte competentibus quibuscunque, necnon eidem venerabili et egregio viro Dno Electo antedicto cum humilitate subiectione obedientia ac reverentia respective debita realiter exhibend, presentand et ostendend, atque electioni nostre ipsius Reverendi viri Dni Electi antedicti in Episcopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis ac sedis Episcopalis Gloucestren predict sic (ut premittitur) facte consensum et assensum suos adhiberi petend requirend et obtinend: Necnon inde et super premissis omnibus et singulis agend defendend excipiend, replicand et litem contestand, Juramentum etiam quodcunque licitum et honestum ac per nos de Jure requisit (si opus fuerit) in animas nostras prestand subeund et iurand: Et generaliter omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Ratum gratum et firmum perpetuis temporibus habentes et habituri totum et quicquid per prefatos procuratores nostros aut eorum quemlibet actum factum sive procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum, Dat Gloucestren in Domo nostra Capitulari decimo septimo die mensis

25

Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto /

Citatio con oppositores

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus: Universis et singulis Clericis et Literatis quibuscunque per Provinciam nostram Cantuar ubilibet constitutis, salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Glouc' per mortem naturalem Reverendi patris Dni Godfredi Goldsbourge ultimi Epi et Pastoris ibm, Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Glouc' pro electione novi et futuri Epi ibm (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint et hmoi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite et lītime procedentes, venerabilem virum Thomam Ravys sacre Theologie professorem Decanum Ecclie Cathedralis Xpi Oxon in eorum et dicte Ecclie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Glouc' Epum et Pastorem elegerint. Cuique serenissimus in Xpo Princeps et Dns nr Dns Jacobus Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rex, fidei defensor &c, ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per Iras suas patentes regias sub magno sigillo Angliæ sigillatas nobis significaverit: Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem Iras patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem Dni nri Regis mandato pro officii nri debito parere, ac in hmoi confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Angliæ exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem locum et effectum infrascript' evocand' et citand' fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London' Decanatus de Arcubus London' nri et Ecclie nre Cathedralis et Metropoliticæ Xpi Cantuar Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London' vel in aliis locis publicis ubi videbitur expedire omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali, aut Commissariis nris vel eorum aliquo in hac parte quocunque in dicta Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London' predict', die Veneris decimo quarto viz't die instantis mensis Martii inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum tunc sequentium et locorum si oporteat in ea parte faciend', contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur' exceptur' et oppositur', ulteriusque factur' et receptur' quod iustum fuerit in hac parte; et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma prescriptis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere quibus nos etiam hmoi serie psentium intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali vel Commissario predict' comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non; Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Angliæ exigentiam procedemus, ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet ac iustitiam ministrabit Vicarius nr in spualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarius predict', ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan'. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spualibus generalem antedictum vel Commissarium hmoi debite et autentice certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nrum mandatum fuerit executus una cum presentibus. Dat' duodecimo die mensis Martii Anno domini iuxta computationem

Ecclie

Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Translacionis Anno Primo / S/

Cer[tificatorium] Citacionis

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato; Vester humilis et devotus Richardus Higgs literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus, omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum, Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscripti, et ibidem aliquamdiu dimissi, quam per publicationem eiusdem in ecclesia parochiali predicta die Martis duodecimo die instantis mensis Martii peremptorie citavi. Quod compareant et eorum quilibet compareret coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et oppositur[i], ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et preterea dictis die et loco eisdem oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi, quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, et huiusmodi imperata sint fecerint sive non, vos nichilominus aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi Confirmacionis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedetis seu procedet, ac iustitiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum executus. In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri domini decani de Arcubus London presentibus apponi procuravi, Et nos decanus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat[um] dicto duodecimo die mensis Martii Anno domini predicto / S/

Prima Scedula

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope miles legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar[iensis] Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio Confirmacionis electionis de persona venerabilis viri Thome Ravys sacre theologie professoris decani ecclesie Cathedralis Christi in Oxon in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Glouc[estrie] electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos et oppositiros, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Gloucestrie predict[e] pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in his scriptis. Ac ulterius decernimus ad ulteriora in dicto Confirmacionis negotio procedendum fore, iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstantibus. / S/

Summaria petitio

In dei nomine Amen, Coram vobis Reverendissimo in Christo patre

et domino Dno Richardo providentia divina Cantuar' Archiepo totius Anglie Primati et Metropolita-
no ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Anglie ac litteris Commissi-
onalibus patentibus Excellentissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie
Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c) sufficienter et ltime fulcito, seu eius vicario
in Spualibus generali et Officiali principali, aut suis Commissariis quibuscunque in hac parte
specialiter deputatis, eorumve alteri quocunque, Pars venerabilium virorum Decani et Capituli
Eccle Cathis sancte et individue Trinitatis Gloucestren dicit allegat et in his scriptis in
iure proponit articulatim prout sequitur. e

Imprimis viz. Qd sedes Epalis Gloucestren per obitum bone memorie Dni
Godfridi Goldisborough ultimi Episcopi ibidem nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit
pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, hocque fuit et est verum publicum no-
torium manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet. i.

Item Qd dicta sede Epali Gloucestren dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et 2. oi
Capitulum Eccle Cathis sancte et individue Trinitatis Gloucestren predict capitulariter
congregati et Capitulum facientes (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) cer-
tum diem et domum suam Capitularem Eccle Cathis predict pro huiusmodi electione facienda et ce-
lebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Eccle Cathis
Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere
pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi vi-
suros ltime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

Item Qd prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, viz decimo septimo die 3.
mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quarto iam currente, Capitulariter
congregati et Capitulum facientes, servatis primitus per eos de iure et Statutis huius
regni Anglie in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea
eligenda in Epum et pastorem Eccle Cathis Gloucestren predict, tandem unanimiter et
concorditer, nullo eorum contradicente vel reclamante, venerabilem virum Thomam Ravys sacre
theologie professorem decanum Eccle Cathis Christi in Oxon in eorum et dicte Eccle
Cathis Epum et pastorem elegerunt et Eccle sic memorate de eodem providerunt, Et
ponit ut supra.

Item Qd electio huiusmodi et persona electa die predicto in Eccla Cathedrali sanc- 4
te et individue Trinitatis Gloucestren predict coram clero et populo tunc et ibm
in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra.

Item Qd dictus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Epum et pastorem 5
Eccle Cathis sancte et individue Trinitatis Gloucestren predict (ut prefertur)
facte et celebrate ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis
loco et tempore consentiebat, ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis
Et ponit ut supra.

Item Qd dictus venerabilis vir Thomas Ravys fuit et est vir providus et discre- 6
tus, eminenti scientia, vita, et moribus merito commendatus, liber et de legitimo
matrimonio procreatus, atque in etate ltima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo
devotus et Eccle sic memorate apprime necessarius, hocque fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

Item Qd prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam 7
prenominato Excellentissimo Dno nro Jacobo Regi per litteras suas patentes sigillo com-
muni roboratas pro officii sui debito iuxta formam Statuti huius inclyti regni Anglie
in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra.

Item Qd presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem regie sublimitati 8.
processu electionis huiusmodi, idem Excellentissimus Dns nr Rex pro sua clementia
regia

4

regia electioni huiusmodi de persona prenominati venerabilis viri Thome Ravys (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

9 **Item** Quod dictus Excellentissimus Dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regijs huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare, ipsumque insignijs Episcopalibus insignire et decorare, ceteraque peragere
1 que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et Literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum favore, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

10: 2 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita (ad quam faciendam offert se pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam suis loco et tempore congruis et opportunis) petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmari, seu confirmandam fore decerni et eam effectualiter confirmari iuxta seriem et statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon Literarum regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regimen et administrationem in spiritualibus Episcopatus Gloucestrensis predicti eidem domino Electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Gloucestrensis, Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et
3 pertinentium suorum universorum induci, ceteraque [illegible] fore decerni, ulteriusque fieri et ministrari in premissis et circa ea necessaria quibuscunque quod iuris fuerit et rationis ac Statutis huius inclyti regni Anglie consonum, Supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes, Quod proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum Officium domine Iudex antedicte humiliter implorando &c

In Dei nomine Amen per presens

4 publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod vicesimo secundo die mensis Februarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto Regnique Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et
2 Hibernie Regis fidei defensoris &c secundo, et Scotie tricesimo octavo, In inferiori Ecclesia infra edes Reverendissimi patris domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani, apud Lambehithe in Comitatu Surr, in presentia mei Notarij publici subscripti, ac testium inferius nominatorum, presentibus, Comparuit personaliter discretus vir Thomas Blee notarius publicus, alter Procuratorum generalium Curie de Arcubus London, procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano
6 et Capitulo ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillatum, ac inter alia coniunctim et divisim factum, et fecit se partem pro eisdem Decano et Capitulo, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli, presentavit venerabilem et eximium virum Thomam Ravys sacre theologie professorem Decanum ecclesie Cathedralis Christi [illegible] Una cum et eisdem prefato Certificatorium quoddam testimoniale sive certificatorium sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub cera rubea sigillatum, De et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue
7 Trinitatis Gloucestrensis predicte facta et celebrata, Eundemque Reverendissimum patrem Dominum Electum instanter instantius et instantissime quatenus eandem electionem de ipso et eius persona (ut premittitur) factam et celebratam confirmare, et consensum et assensum suos eidem prefato (ut premittitur) [illegible] dignaretur rogavit et requisivit. Qui quidem venerabilis vir Electus Gloucestrensis Episcopus
8 antedictus sic requisitus et interpellatus, prehabita primitus per eum matura deliberatione electioni predicte de se et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat, ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula, quam in manibus suis tunc

hunc tenorem publice legebat continetur, Cuius quidem schedulae verus tenor sequitur et est talis, viz. In Dei nomine Amen, Ego Thomas Ravys sacrae theologiae professor Decanus ecclesiae Cathedralis Christi in Oxon in Episcopum et Pastorem ecclesiae Cathedralis Gloucestren rite et legitime nominatus et electus, ad consensum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte factae et celebratae ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesiae Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) factae et celebratae ad honorem Dei Omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir dominus Electus, quam memoratus Thomas Eles procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt haec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub Annis Domini regnique regiae maiestatis, mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibidem Georgio Paule Armigero, Edwardo Burton artium magistro, Christophero Wormall et Edwardo Lessam generosis testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Coston publicus auctoritate sufficienti notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini regnique regiae Maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis sic fieri geri et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius (me interim alijs impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci, atque in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine, cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, et me hic subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Forma Scedula

In Dei nomine Amen. Nos Edwardus Stanhope miles legum Doctor (Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta [illegible] specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Thomae Ravys sacrae theologiae professoris Decani Ecclesiae Cathedralis Christi in Oxon, in Episcopum et Pastorem ecclesiae Cathedralis sanctae et individuae Trinitatis Gloucestren electi, factae et celebratae rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros alias legitime [illegible] publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, [illegible] electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicendo excipiendo vel opponendo, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli [illegible] pronunciamus contumaces, et in poenam contumaciae [illegible] ad prolationem sententiae definitivae sive finalis [illegible] ipsorum contumacium et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Decimo quarto die Martij 1609. Edw. Stanhope.

Sententia

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope militem legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem, necnon Commissarium inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et legitime deputatum et constitutum; Meritis et circumstantiis cuiusdam causae sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Thomae Ravys sacrae theologiae professoris decani ecclesiae Cathedralis Christi Oxon in Episcopum et pastorem sanctae et individuae Trinitatis Gloucestren electi factae et celebratae, quod coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur, vertiturque in praesenti et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis ad nostram sententiam diffinitivam sive nostrum finale decretum [illegible] in huiusmodi confirmationis negotio ferendum sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum.

Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus, electionem praedictam per decanum et capitulum ecclesiae Cathedralis sanctae et individuae Trinitatis Gloucestren praedict de pronominato venerabili viro Thoma Ravys electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare, quominus in Episcopum Gloucestren auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari: Idcirco nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius antedictus sic (ut profertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus, attentis praemissis et aliis virtutum meritis super quibus pronominatus Electus Gloucestren Episcopus fidedigno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris proponentes et habentes ac et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, pronominatam electionem de eodem venerabili viro Thoma Ravys factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplendos et supplemus, ipsumque dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus. Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Gloucestren eidem domino electo et confirmato committimus, ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Gloucestren praedict, iuriumque dignitatum, honorum, praeeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum, inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuar seu eius deputatum iuxta ecclesiae Cathedralis Gloucestren praedict morem et consuetudinem (legibus et statutis huius regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis vicesimo quinto die Martii 1604 / Edw: Stanhope /

Lecta fuit huiusmodi sententia per praefatum venerabilem virum Edwardum Stanhope militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem ac commissarium praefati Reverendissimi patris [illegible] vicesimo quinto die mensis Martii Anno Domini iuxta computationem ecclesiae Anglicanae millesimo sexcentesimo quarto, in ecclesia parochiali beatae Mariae virginis de Arcubus London inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei, ad petitionem magistri Thomae [illegible] notarii publici procuratoris decani et capituli ecclesiae Cathedralis sanctae et individuae Trinitatis Gloucestren et in praesentia mei Johannis Coston notarij publici &c. Super quibus &c. Presentibus tunc et ibm testibus in actu mentionatis &c.

Actus Consecracionis

Die dominico decimo septimo viz die mensis Martij Anno dni juxta computacionem eccli[a]e Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, et Translacionis Reverendissimi in xpo patris et domini Dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Anno primo; In Capella dicti Reverendmi patris infra Manerium suum de Lambehith in Comitat Surr notorie situat, Idem Reverendmus pater vigore et obtentu ac auctoritate literarum Commissionalium patentium Serenissimi in xpo patris et Dni nri Dni Jacobi dei gratia Angliæ Scotiæ ffranciæ et hiberniæ Regis fidei defensoris &c sibi in hac parte directarum, Assistentibus sibi Reverendis in xpo patribus Tobia Dunelmense et Anthonio Cicestrense respective Episcopis, munus Consecracionis venerabili viro Thome Ravys sacre theologie professori Decano eccli[a]e Cathis Christi in Oxon in Epum et pastorem Eccli[a]e Cathis sancte et individue Trinitatis Gloucestren electo et confirmato (prestito primitus per eundem Dnm Electum et confirmatum iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode Jurisdiccioni potestati et auctoritati forancis et extrancis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclitei regni Angliæ in ea parte editi et provisi, necnon de reverentia et obedientia debit prenominato Dno Archiepo Cantuar et eccli[a]e Metropolitice xpi Cantuar exhibend, quam quod nulla simoniaca conventione seu pravitate interveniente &c se ad Episcopatum Gloucestren promoveri procuravit, ac exhibitis ritibus et Ceremonijs de usu moderno eccli[a]e Anglicane exhibendis) iuxta formam descript in libro intitulat, The forme and manner of makinge and consecratinge Bishops, Preists, and Deacons impendebat In presentia mei Johannis Coston notarij publici Officium Registrariatus principalis dicti Reverendmi patris exercentis, Presentibus tunc et ibm Reverendis in xpo patribus Episcopo Rossen infra regnum Scotiæ, Barnardo Epo Limericen infra regnum hiberniæ, necnon venerabilibus et egregijs viris Dnis Daniele Dun milite legum Doctore Alme Curiæ Cantuar de Arcubus London officiali Edwardo Stanhope milite legum Doctore Reverendmi patris predicti vicario in spiritualibus generali et officiali principali Dno Richardo Swale milite legum Doctore Curiæ Audientie Cantuar causarum et negotiorum Auditore, Dno Johanne Bennet milite legum Doctore Curiæ Prerogative Cantuar magistro Custode sive Commissario, Laurentio Andrewes sacre theologie professore Decano eccli[a]e Collegiate beati Petri Westmr, Johanne Overall sacre theologie professore decano eccli[a]e Cathis sancti Pauli London, Willmo Barlowe sacre theologie professore Decano eccli[a]e Cathis Cestren, Roberto Mason legum Doctore, Thoma White Thoma Mountford et Willmo Covell sacre theologie professoribus, Zacharia Pasfeild sacre theologie bacchalaureo, Johanne Gilpyn generoso Apparitore, et Georgio Newman notario publico cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Ricardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius incliti regni Angliæ mediantibus Lris Commissionalibus patentibus Excellentissimi in xpo principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Angliæ Scotiæ ffranciæ et hiberniæ Regis fidei defensoris &c sufficienter et ltime fulcitus; Venerabili viro Carolo ffotherby sacre theologie bacchalaureo Archino nro Cantuar in eccli[a]e nra Cathedrali et Metropolitica xpi Cantuar salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Epali Gloucestren per obitum bone memorie Dni Godfredi Goldisborough ultimi Episcopi ibm, Decanus et Capitulum eccli[a]e Cathis sancte et individue Trinitatis Gloucestren (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) venerabilem virum Thomam Ravys sacre theologie professorem decanum eccli[a]e Cathis Christi in Oxon in eorum et dicte eccli[a]e Cathis Epum et pastorem elegerint, et eccli[a]e Cathi predict de eodem providerint. Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de Jure et statutis huius regni Angliæ in ea parte servandis) Nos Richardus Archiepus Cantuar antedictus auctoritate qua supra confirmaverimus eidemque confirmat curam regimen et administracionem Spiritualium dicti Epatus Gloucestren commiserimus, necnon consequenter munus consecracionis (exhibitis ritibus et

Mandatum ad installand

et ceremoniis de more ecclesie Anglicane adhibendis), ipsumque dominum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Gloucestren, Iuriumque, dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendi installandi et inthronizandi fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus, quatenus prefatum Reverendum patrem dominum Thomam Ravys electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Gloucestren, Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Gloucestren predicta Episcopo ibidem assignari solit' sibi (ubi moris est) assignes, et eum in nomine Domini nostri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet, Iuribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus Cantuar et ecclesie nostre Cathedralis et metropolitice Christi Cantuar predicte dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' decimo septimo die mensis Martij Anno Domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto, Et nostre Trans' Anno Quarto &c./

Induccio

Vicesimo tertio die mensis Martij Anno Domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo quarto vigore mandati infrascripti emanavit induccio Griffino Lewes sacre theologie professori Decano ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Gloucestren, Laurentio Bridger, Howard Rissell et Elie Wrench artium magistris prebendarijs respective dicte ecclesie Cathedralis Gloucestren coniunctim et divisim ad installandum infrascriptum Reverendum patrem in Episcopum Gloucestren &c.

Roffen.

Acta habita et facta in

negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willelmi Barlowe sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis Lincoln in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen electi, die Iovis vicesimo septimo viz' die mensis Junij Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, Regnique Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c, viz' Anglie Francie et Hibernie Tertio, et Scotie Tricesimo octavo in vestiaria parochie beate Marie virginis de Arcubus London Decanatus de Arcubus London ecclesie Christi Cantuar Iurisdictionis immediate, inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili et egregio viro domino Edwardo Stanhope milite legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini nostri domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropolitani vicario in spiritualibus generali et officiali principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputato et constituto, In presentia mei Johannis Drake notarij publici assumpti &c.

Electus Confirmand'

Dictis die et loco atque inter horas predictas, presentatis Coram prefato venerabili et egregio viro Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario &c ac Commissario &c, iudicialiter et pro Tribunali sedente literis patentibus regijs de assensu sub regio &c sigillo emanatis Reverendissimo predicto directis, necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs coniunctim et divisim in hac parte factis; ac per me prefatum Johannem Drake de mandato dicti domini Edwardi Stanhope publice lectis, Idem dominus Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et prememorati Reverendissimi patris acceptavit vigore executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Johannes Coston notarius publicus, Alme Curie Cantuar. de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen. predict. sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat. et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem domino Edwardo Stanhope vicario in spiritualibus generali et Commissario antedicto venerabilem virum Willelmum Barlowe sacre theologie professorem decanum ecclesie Cathedralis Cestren. in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen. predict. electum, et ipsum e contra confirmandum petebat. Et tunc dictus magister Johannes Coston exhibuit mandatum citatorium originale ad citandum oppositores in huiusmodi negotio emanat. una cum certificatorio in dorso super executione eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari. Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus &c. prefatus magister Johannes Coston procurator antedictus accusavit contumaciam eorum omnium et singulorum sic (ut prefertur) ad hos diem horas et locum citatorum et monitorum intimat. &c. modo predicto preconizatorum diutius et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c. Ad cuius petitionem dictus dominus Edwardus Stanhope pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam sic in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum tunc lecta plenius continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Johannes Coston procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem sic citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti &c. qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Drake de mandato dicti domini Edwardi Stanhope publice lecta, idem dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Johannis Coston admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittend. et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c. et assignavit eidem magistro Coston ad probandam eandem summariam petitionem ad statim. Et tunc dictus magister Johannes Coston procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit verum et integrum processum electionis prenominati venerabilis viri Willelmi Barlowe in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Roffen. predict. per decanum et Capitulum eiusdem ecclesie Cathedralis facte et celebrate sub forma authentica concept. ac sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillat. necnon exhibuit instrumentum publicum de et super consensu dicti venerabilis viri eidem electioni adhibito. Ac etiam exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mencionatas magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Roffen. predict. prefatum venerabilem virum Willelmum Barlowe in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Roffen. Episcopum et pastorem elegisse, regiamque Maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse, et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibit. fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem prenominatus dominus Edwardus Stanhope assignavit ad audiendum sententiam ad statim. Consequenterque vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte opponere curantium, dictus dominus Edwardus Stanhope ad petitionem prefati magistri Johannis Coston accusantis contumaciam &c. pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Coston decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem dominum Edwardum Stanhope lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque Iuramento per prefatum venerabilem virum Willelmum Barlowe Episcopum electum ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta

et

deberet tam de fidelitate et subiectione Serenissimo Domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestando, ac de renunciando omnimode forinsece potestati iuxta formam statuti in ea parte editi, necnon de Licita et Canonica obedientia Reverendissimo in Christo patri Domino Richardo Cantuar Archiepiscopo et successoribus suis &c, quamquam nulla simoniaca conventione seu pactione interveniente ex iuxta formam Canonis in ea parte editi &c et ad hoc predicto procuratori premonuit &c, Prefatus Dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Johannis Coston legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis concernens pronunciando decernendo declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem continetur, Super quibus omnibus et singulis tam dictus Dominus Electus Roffen quam prefatus magister Johannes Coston procurator Decani et Capituli predicti me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter et specialiter rogarunt et requisiverunt; Deinde prefatus Dominus Edwardus Stanhope ad petitionem tam dicti Domini Electi quam memorati magistri Johannis Coston procuratoris antedicti decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supraspecificatis gestis et expeditis fieri et liberari, presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Thoma Challar et Nicholao Felton sacre theologie professoribus, Roberto Master legum doctore, Willelmo [illegible] sacre theologie baccalaureo, Abrahamo Hartwell, Richardo Bulkley, Alexandro Chapman et Johanne Preston artium magistris, Humfrido [illegible] et Henrico [illegible] notariis publicis, [illegible] Pikot, Simone Kibye, Edmundo Littleworte et Richardo Higge generosis et multis aliis testibus in numero copioso congregatis &c.

Tenores vero tam Literarum patentium Regie Maiestatis quam Literas procuratorias in dicto confirmationis negotio exhibit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales viz. &c.

L. s.
Lre patentes regie

Jacobus Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c, Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro Domino Richardo Cantuarien Archiepiscopo, et aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Roffen per mortem naturalem ultimi Episcopi ibidem ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem Ecclesie Roffen per literas nostras patentes Licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et pastorem sedis predicte, iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentie nostre predicte dilectum nobis in Christo Willelmum Barlow sacre theologie professorem et Capellanum nostrum Cestren Decanum sibi et Ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum adhibuimus assensum pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus vos eundem Willelmum Episcopum et pastorem Ecclesie Cathedralis Roffen predicte sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare et eundem Willelmum Episcopum et pastorem Ecclesie predicte consecrare, ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velitis cum effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium [illegible] die Junii Anno regni nostri Anglie Francie et Hibernie tertio, et Scotie tricesimo octavo. Per breve de privato sigillo &c. [illegible] &c.

Comissio

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris [illegible] Edwardo Stanhope militi legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Johanni Bennet et Willelmo Ferrand legum respective doctoribus salutem et gratiam. Cum literas patentes Excellentissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Jacobi Dei gratia Anglie Scotie

Francie et Hibernie Regis fidei defensoris sub sigillo suo magno Anglie [illegible] datas apud Westm' [illegible] die Junij Anno regni sui felicissimi Anglie Francie et Hibernie Regis et Ecclesie [illegible] recepimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, ut electionem venerabilis viri Willelmi Barlowe sacre theologie professoris decani ecclesie [illegible] ad Episcopatum Assaven' confirmaremus, Nos vero ea qua decuit reverentia volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prenominati venerabilis viri Willelmi Barlowe factam et celebratam, Ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, et iuxta tenorem formam et effectum mandati regii predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis con' et di' constiterit approbandum et comprobandum, defectusque (siqui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras, ac plenam in Deo tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar', ceterisque emolumentis nobis ac officiariis et ministris nostris in hac parte competen' semper salvis et reservatis. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' in manerio nostro de Lambehith vicesimo sexto die mensis Junij Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto, Et nostre Translationis Anno [illegible].

Pateat universis per presentes, Quod nos Thomas Blage sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen' et eiusdem ecclesie Capitulum, dilectos nobis in Christo Willelmum Wilson sacre theologie baccalaureum, Thomam Bell in artibus magistrum et Johannem Testen [illegible] publicum coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros certos et legitimos procuratores actores factores et nuncios nostros speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes, Damusque pariter et concedimus eorum procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale quam generale pro nobis ac vice et nominibus nostris coram venerabili viro Willelmo Barlowe sacre theologie professore comparendum et interessendum, literasque nostras certificatorias super decretum de et super electione eiusdem venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Roffen' per nos factas et confectas, sigilloque nostro communi sigillatas eidem venerabili viro presentandum exhibendum et ostendendum, Ipsumque suppliciter cum instantia debita quotiens sibi seu eorum alicui visum fuerit, ut predicte [illegible] electioni predicte de persona sua (ut prefertur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem expresse prebere dignetur rogandum et requirendum, Necnon in de et super premissis omnibus et singulis agendum defendendum excipiendum et replicandum, litem contestandum ac iuramentum tam de calumnia vitanda quam de veritate dicenda, ac quodcumque aliud genus liciti iuramenti in animas nostras prestandum subeundum et iurandum, Necnon ponendum et articulandum positionibus articulis et interrogatoriis respondendum, crimina et defectus contra quoscumque opponentes (si qui fuerint) obiciendum et ponendum, Testes, literas et instrumenta ac alia quecumque probationum genera producendum exhibendum, ac contra nos electum sive electionem predictam productos et exhibitos aut producendos et exhibendos reprobandum, Ceteraque omnia alia et singula faciendum gerendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum, Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuis temporibus habituros totum et quicquid per prefatos procuratores nostros aut eorum quemlibet actum gestum seu procuratum fuerit in premissis seu aliquo premissorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Capitulare presentibus apponi fecimus. Dat' in domo nostra Capitulari vicesimo tercio die mensis Maij Anno Domini millesimo [illegible] quinto.

Citacio contra oppositores

Richardus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus: Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitutis, salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Roffen' per mortem naturalem Reverendi patris Domini Johannis Yonge ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, Decanus et Capitulum ecclesiae Cathedralis Roffen' pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebrand' certum terminum prefixerint et assignaverint, et huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, venerabilem virum Willelmum Barlowe sacrae theologiae professorem ecclesiae Cathedralis Cestren' Decanum, in eorum et dictae ecclesiae Cathedralis Roffen' Episcopum et Pastorem elegerint: Cumque Serenissimus in Christo princeps et Dominus noster Dominus Jacobus Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni et personae venerabilis viri Domini electi facte et celebrate, regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes inde suo magno sigillo Angliae sigillat' nobis significaverit, mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem Domini nostri Regis mandato pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem horam locum et effectum infrascript' evocand' et citand' fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beatae Mariae Virginis de Arcubus London' nostri et ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar' Iurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conspicuo infra eandem ecclesiam parochialem beatae Mariae Virginis de Arcubus London', vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nostris aut eorum alicui in hac parte quocumque in ecclesia parochiali beatae Mariae Virginis de Arcubus London' predict' die Jovis vicesimo septimo videlicet die instantis mensis Junii inter horas secundam et quintam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oportebat) in ea parte fiend', contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur' excepturi et oppositur', ulteriusque factur' et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod si ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissariis predict' comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam procedemus ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet ac iustitiam ministrabit Vicarius noster in spiritualibus generalis et officialis principalis vel Commissarii predicti, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante: Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarios huiusmodi debite certificetis et autentice, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus. Dat' vicesimo quarto die mensis Junii Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, Et nostrae translationis Anno primo.

Cer' Citacionis

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, Vicario suo in spiritualibus generali et officiali principali, aut Commissario cuicunque in hac parte sufficienter deputato, Vester humilis et devotus Richardus Higge literatus ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi. Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie Virginis de Arcubus London retroscript et ibidem aliquamdiu dimissi quam per publicationem eiusdem in dicta parochia habit die Lune vicesimo quarto videlicet die instantis mensis Junij peremptorie citavi: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content' et specificat' contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi si sua putaverint interesse in debita iuris forma dictur' excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et preterea dictis die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi, quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, et que impedita sunt fuerint sive non, vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedetis seu procedet, ac iusticiam ministrabitis seu ministrabit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Northampton presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat' vicesimo quarto die mensis Junij Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto.

Prima schedula

In Dei Nomine Amen. Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willelmi Barlowe sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis Cestren, in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dictur' excepturi et opposituri alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen predict' pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in hiis scriptis: Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Vicesimo septimo die Junij 1605. Ed. Stanhope

Summaria petitio

In Dei nomine Amen. Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina [illegible] Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta [illegible] Anglie, mediantibus literis Commissio-

nalibus patentibus Illustrissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Anglie
Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc sufficienter et legitime fulcito, vicario generali
in spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter et legitime constituto, aut Commissarijs
suis quibuscunque in hac parte specialiter deputatis eorumve altero quocunque. Pars venerabilium
virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen dicit allegat et
in hijs scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

i **Inprimis** videlicet, Quod sedes Episcopalis Roffen per mortem naturalem Reverendi patris
domini Johannis Younge sacre theologie professoris ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit
et aliquamdiu vacavit, Pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti, hocque fuit et est verum
publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim de quolibet.

2 **Item** quod dicta sede Episcopali dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum Ecclesie
Cathedralis Roffen predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia prius
in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum sive locum Capitularem Cathedralis Roffen predicte
pro huiusmodi electione facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos
eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et Prebendarios ius et interesse in electione eadem habentes
seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros
legitime et peremptorie citari fecerunt. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter
et famosum Et ponit ut supra.

3 **Item** quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet vicesimo tertio die Mensis
Maij Anno domini Millesimo Sexcentesimo quinto in domo capitulari capitulariter congregati et Capitulum
facientes servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis
habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et pastorem ecclesie
Cathedralis Roffen predicte, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem
virum Willelmum Barlowe sacre Theologie professorem ecclesie Cathedralis Cestren Decanum in eorum
et dicte ecclesie Cathedralis Roffen Episcopum et Pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt
Et ponit ut supra.

4 **Item** quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Roffen predicta coram Clero et
populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt. Et
ponit ut supra

5 **Item** quod dictus electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Roffen predicte
ut prefertur facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et
tempore consentiebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis. Et ponit ut supra

6 **Item** quod antedictus venerabilis vir Willelmus Barlowe sacre theologie professor ecclesie
Cathedralis Cestren Decanus, fuit et est vir providus et discretus vita et moribus meri-
to commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate et ordine
sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius. Et
ponit ut supra

7 **Item** quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam
antedicto Serenissimo domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum com-
muni sigillatas pro officio suo debito iuxta statuta huiusmodi inclyti regni Anglie significa-
runt et intimaverunt, Et ponit ut supra

8 **Item** quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem regie
sublimitati processu electionis huiusmodi, idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua cle-
mentia regia electioni huiusmodi et persone prenominati venerabilis viri Willelmi Barlowe
(ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibu-
it et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Et ponit ut supra

9 **Item** quod dictus Serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de
assensu et consensu suis regijs huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per literas
suas

suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predict et personam electam confirmare, ipsumque insigniis Episcopalibus insignire et decorare, ceteraque peragere que vos in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum favore [illegible] fuit et est verum publicum, notorium, manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra

Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama: Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis; petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari, iuxta Iuris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, curamque regimen et administrationem spiritualium Epatus Roffen predict eidem Dno electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Roffen, iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius inclyti regni Anglie consonum, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim, non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium Dni Iudex antedict humiliter implorando. 10 /

Universis et singulis Xpi fidelibus presentes literas testimoniales sive hoc presens publicum instrumentum visur lectur vel auditur, aut quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futuro. **Thomas** Blague sacre theologie professor Decanus ecclie Cathis Xpi et beate Marie virginis Roffen et eiusdem ecclie Capitulum salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Ad universitatis vre notitiam deducimus et deduci volumus per presentes, Quod nuper vacante sede Episcopali Roffen per mortem naturalem Reverendi in Xpo patris Dni Johannis Yonge dum vixit ultimi Episcopi ibm; Nos Decanus et Capitulum antedict habita prius Licentia Illustrissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc, Ne eadem ecclia Cathis per suam diutinam vacationem gravia pateretur incommoda ad electionem futuri Epi et Pastoris eiusdem procedere volen Vicesimo primo die mensis Maij Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto in domo nra Capitulari ecclie memorate capitulariter congregat et capitulum ibm facientes diem Jovis viz vicesimum tertium diem presentis mensis ad horam octavam ante meridiem eiusdem diei ad domum Capitularem predict cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequen ac locorum (si oporteat) in ea parte fiend nobismet ipsis ibm tunc presentibus et aliis eiusdem ecclie Canonicis et prebendariis habentibus Ius vocis aut interesse in electione futuri Epi ecclie memorate habent seu habere pretenden ad electionem futuri Epi et Pastoris prefate ecclie divina favente clementia celebrand pro termino et loco competen prefiximus et assignavimus, ad quos quidem diem hor et domum capitular antedict omnes et singulos prebendarios predicte ecclie Ius vocis aut interesse in huiusmodi electione aut electionis negotio habentes in specie, ceterosque omnes alios et singulos (si qui sint) qui de iure seu consuetudine in hac parte ius et interesse habere pretendunt in genere ac procedend et procedi videnda nobiscum in eodem electionis negotio ac in omnibus et singulis actis post ad finalem expeditionem eiusdem iuxta morem antiquum et laudabilem consuetudinem ecclesie predicte in hac parte ab antiquo usitat et inconcusse observat legitime et peremptorie citand evocand et monend fore decrevimus, et in ea parte literas citatorias fieri in forma efficaci valida et assueta fecimus. Necnon potestatem et mandatum dilecto nobis in Christo domino Edwardo Williams minori Canonico dicte ecclesie in ea parte commisimus cum continuatione quod sive ipsi citati in huiusmodi electionis negotio die hora et loco predict comparuerint sive non, Nos nihilominus in eodem negotio procederemus et procedere intenderemus ipsorum citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Quo quidem die Jovis viz vicesimo tertio die mensis presentis Maii adveniente hora octava prius assignat, Nos Decanus et Capitulum antedict (Campana ad Capitulum celebrand primitus pulsat) domum Capitularem ecclesie Cathedralis predict ingredient et Capitulum ibidem celebrant in dilecti nobis in Christo Thome Wardegar notarii publici ac testium inferius nominatorum presentia Literas Serenissime Regie Maiestatis supradict, necnon literas citatorias de quibus supra fit mentio unacum Certificatorio super executione earundem per dominum Edwardum Williams mandatarium nostrum antedict coram nobis tunc et ibidem introduct et exhibit publice perlegi fecimus. Quorum quidem Licentie literarum citatoriarum et Certificatorii tenores de verbo ad verbum sequuntur et sunt tales. **Jacobus** dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc, Dilectis nobis Decano et Capitulo ecclesie nostre Cathedralis Roffen salutem, Ex parte vestra nobis est humiliter supplicat ut cum ecclesia predict per mortem naturalem ultimi Episcopi ibidem iam vacet et pastoris sit solatio destituta alium vobis eligendi in Episcopum et Pastorem sedis predict licentiam nostram fundatoriam vobis gratiose concedere dignaremur. Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinantes alium vobis duximus concedend. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes quod talem vobis eligatis in Episcopum et Pastorem sedis antedict qui Deo devotus, nobisque et regno nostro utilis et fidelis existat. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium Quartodecimo die Maii Anno regni nostri Anglie Francie et Hibernie Tertio, et Scotie Tricesimo octavo. Per breve de privato sigillo. [illegible]

Thomas Blague sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen et eiusdem ecclesie Capitulum, Discreto viro domino Edwardo Williams minori Canonico dicte ecclesie Cathedralis salutem in domino sempiternam, Cum sedes Episcopalis Roffen per mortem naturalem ultimi Episcopi ibidem sit pastoris solatio destituta, cuius electio ad nos Decanum et Capitulum antedict (licentia regia prius petita) pertinuit et pertinet in presenti: Nos igitur Decanus et Capitulum excogitantes quam periculosum sit Episcopatum diutius viduitatis desolatione remanere, ne ipsa sedes per diutinam vacationem grandia patiatur incommoda in domo nostra Capitulari dicte ecclesie Cathedralis capitulariter congregat et Capitulum facientes unanimi assensu et consensu nostris diem Jovis vicesimum tertium viz diem instantis Maii ad horam octavam ante meridiem eiusdem diei qua Capitulum nostrum consuevit celebrari cum continuatione et prorogatione dierum huiusmodi et locorum extunc sequen (si oporteat) ad electionem novi et futuri Episcopi dicte ecclesie Cathedralis in eadem domo nostra Capitulari tunc et ibidem celebrand ac ad omnia alia et singula facienda exercend et expediend que ipsius electionis negotii natura et qualitas de se exigunt et requirunt post ad finalem et effectualem expeditionem eiusdem inclusive fiend et expediend, nobis presentibus et ceteris Canonicis et Confratribus nostris absentibus prefiximus statuimus et assignavimus. Ad quos quidem diem horam et locum omnes et singulos huiusmodi Canonicos et confratres nostros in specie ac alios quoscunque qui de iure vel consuetudine interesse in hac parte habere debent vel pretendunt in genere citand et monend fore decrevimus iustitia id postulante, Tibi igitur committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus cites seu citari facias peremptorie omnes et singulos dicte ecclesie Cathedralis Canonicos et eorum quemlibet ac alios supradictos ius et vocem et interesse in ea parte habentes seu habere pretendentes personaliter si sic citari valeant alioquin in valvis dicte domus nostre Capitularis presentibus literis nostris publice affixis

et ibidem aliquamdiu dimissa, sicque vos huiusmodi citatos et monitos ad eorum sic citandorum
noticiam pervenire potuerit, quod vos etiam tenore presentium sic citamus quod compareant et
eorum quilibet compareat coram nobis et nobiscumque et de et super huiusmodi electionis negocio iuxta
iuris exigentiam tractaturi facturi et electuri, necnon in omnibus et singulis actis huiusmodi
electionis negocium quomodolibet concernentibus usque ad finalem expeditionem eiusdem fiendis et
habendis processuri et legitime procedi visuri, ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi negocii
natura sive qualitas de se exigit et requirit. Intimantes preterea ac etiam intimari
te mandantes eisdem citatis et monitis quod sive ipsi dictis die hora et loco predictis comparuerint et
sic coram [illegible] curaverint sive non, nos in huiusmodi electionis negocio ac in omnibus et
singulis actis eiusdem usque ad finalem et effectualem expeditionem eiusdem inclusive
prout juris fuerit et rationis procedemus, ipsorum sic citatorum et monitorum absentia
et negligentia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos dictis die hora
et loco debite certificetis personaliter vel per literas vestras patentes autentice sigillatas
una cum presentibus ac nominibus et cognominibus omnium et singulorum in hac parte
in specie citatorum. Dat' in domo nostra capitulari predicta vicesimo primo die mensis
maii Anno domini millesimo [illegible] [illegible], Annoque regni illustrissimi in Christo prin-
cipis et domini nostri domini Henrici dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis Octavi
Tricesimo octavo. Venerabilibus et egregiis viris magistro Thome Blague
sacre theologie professori decano collegii [illegible] Christi et beate Marie virginis [illegible] et
eiusdem collegii capitulo, vester humilis et devotus Edwardus Williams [illegible]
dicti collegii [illegible] ad infrascripta mandatarius vite et legitime deputatus [illegible]
et etiam [illegible] debita, Mandatum vestrum reverendum infrascriptum [illegible]
die instantis mensis Maii infrascripti humiliter recepi [illegible] [illegible] et
vigore cuius per affixionem dicti vestri mandati in foribus domus capitularis dicti
collegii [illegible] iuxta vim formam et effectum mandati vestri citatorii [illegible] publice affixi
et ibidem dimissi omnes et singulos canonicos et prebendarios in dicto collegio [illegible]
in electione futura eiusdem [illegible] ius vocis et interesse habentes aut habere pre-
tendentes peremptorie citavi sic, quod compareant et eorum quilibet compareat coram
vobis dictis die hora et loco in mandato vestro [illegible] predictis [illegible] ordinati-
oni et prorogationi dicti et [illegible] (si oporteat) [illegible] super vobiscum tunc [illegible] in
huiusmodi electione et electionis negocio iuxta iuris exigentiam et dicti collegii [illegible]
[illegible] processuri et procedi visuri usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive,
ulteriusque facturi [illegible] quod tenor et effectus dicti vestri mandati [illegible]
et requirunt; Intimavi insuper et intimari feci eisdem sic citatis, quod sive ipsi dictis
die hora et loco comparuerint sive non, vos nihilominus [illegible]
[illegible] prorogatione dicti [illegible]
preteritis temporibus observantiam in huiusmodi electionis negocio procedetis [illegible]
ipsorum sic citatorum contumacia absentia seu negligentia in aliquo non obstante. Et
sic mandatum vestrum predictum in forma mihi commissa debite [illegible] et [illegible],
Nomina vero et cognomina [illegible] canonicorum [illegible] citatorum [illegible]
describuntur. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi [illegible]
presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti [illegible]
sigillum nostrum huiusmodi presentibus apposuimus. Dat' quoad sigillationem [illegible]
vicesimo secundo die mensis Maii Anno domini millesimo [illegible] quinto. Magister
Willelmus Wilson sacre theologie bacc[alaureus], Magister Walterus Hayte clericus, Magister Tho-
mas [illegible] in artibus magister. Omnibus et singulis sic [illegible] et [illegible] om-
nibus et singulis dicti collegii [illegible] in huiusmodi electionis negocio [illegible]
[illegible] ad [illegible] diem horam et locum
[illegible] in domo capitulari predicta [illegible] comparentibus personaliter
[illegible] nobiscum dicto decano, magistris Willelmo Wilson, Waltero Hayte et Thoma [illegible]
prefati collegii canonicis et prebendariis, nos decanus et capitulum antedicti
sic capitulariter congregati prenominatum Thomam Hardegar notarium publicum in acto-
rum scribam electionis predicte assumpsimus, necnon Edwardum Williams clericum,
Jacobum Taylor notarium publicum, et Georgium Hardegar [illegible] in testes eiusdem
electionis negocii et agendorum in eodem personaliter tunc presentes elegimus, et eos rogamus
[illegible] nobiscum remanere. Et nos Thomas Blague decanus antedictus de consensu [illegible]
prebendariorum tunc presentium in huiusmodi electionis negocio procedentes omnes et singulos alios

prebendar' ad eosdem diem hor' et locum citat' publice alta voce ut supra preconizat' -
diu expectat' et nullo modo comparen' pronunciavimus contumaces et in penam contumaciar'
suarum huiusmodi ad ulteriorem in dicto electionis negotio procedend' fore decrevimus eorum ab-
sentia sive contumacia in aliquo non obstan' in scriptis per nos sub huiusmodi verborum tenore
In Dei nomine Amen Nos Thomas Blague sacre theologie professor decanus ecclesie Cath-
edralis Christi et beate Marie virginis Roffen' de unanimi assensu et consensu Capituli eiusdem -
ecclesie omnes et singulos Canonicos et prebendarios ecclesie memorate ad hos diem hor' et locum
procedend' in negotio electionis futuri Episcopi et Pastoris ecclesie Cathedralis predicte iuxta morem
et consuetudinem preteriti temporis in eadem ecclesia usitat' et observat' legitime et per-
emptorie citat' publice preconizat' diuque vocat' in huiusmodi locum et tempus sibi assignat'
expectat' et nullo modo comparen' pronunciamus contumaces et in penam contumaciar'
suar' huiusmodi et eorum cuiuslibet decernimus ius et potestatem procedendi in huiusmodi electi-
onis negotio ad alios Canonicos comparen' spectare et pertinere, et ad ulteriora in
eodem electionis negotio procedend' fore ipsorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstan'. Quibus expeditis Nos Thomas Blague
decanus antedictus de consimilibus consensu assensu et voluntate eorum Canonicorum
et prebendariorum tunc presentium quandam monitionem et protestationem in scriptis simul
redactis et conceptis fecimus et publice legebamus tunc et ibidem sub huiusmodi qui sequitur
verborum tenore. In Dei nomine Amen Nos Thomas Blague sacre theologie
professor decanus ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen' pro nobis ac
vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum et Confratrum nostrorum hic iam pre-
sentium monemus omnes et singulos suspensos excommunicatos interdictos (si qui forsan) inter
nos hic iam sint qui de iure seu consuetudine aut quavis alia occasione sive causa in
presenti electionis negotio interesse non debeant, quod de hac domo Capitulari statim rece-
dant, ac nos et alios de presenti Capitulo ad quos ius et potestas eligendi pertinet
libere eligere permittant, protestand' omnibus via et modo et iuris forma meli-
oribus et efficacioribus quibus melius et efficacius possumus et debemus nomine nostro
ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum prebendariorum et Confratrum
nostrorum predict' hic iam presentium quod non est neque erit eorum voluntas tales admittere
tanquam ius vocem et interesse in huiusmodi electione habentes aut procedere vel eligere
cum eisdem, Immo volumus et volunt quod vox talium (si qui postmodum reperiantur
quod absit) in huiusmodi electione interveniss' nulli prestent auxilium nec afferant alicui
nocumentum, sed prorsus pro non receptis et non habitis, nullisque et invalidis penitus
et omnino habeantur. Canonicos vero omnes presentes pro pleno Capitulo ecclesie
predicte habendos fore debere pronunciamus et declaramus in hiis scriptis. Consequenter
vero declaratis publice per nos Thomam Blague antedicto Capitulo quod propter diversi-
tates expositas per nos tribus modis electionis cuicumque Canonicis tunc presentibus publice
preconizatis scrutinii quem modum sive quam viam istarum trium in dicto Capitulo (quia
propter divers' rat' comprehensivum in huiusmodi electionis negotio procedere voluimus), Nos
Decanus et Capitulum antedicti de et super forma electionis huiusmodi ac per quam viam
sive formam fuerit nobis procedend' ad electionem futuri Episcopi ecclesie Cathedralis predict'
diligenter tractavimus, Et tandem nobis Decano et Canonicis antedictis (ut prefert')
tunc ibidem presentibus et Capitulum in ea parte facientibus visum est et placuit nobis demum
ac omnibus et singulis supradictis nullo penitus discrepan' seu contradicen' per viam seu
formam compromissi in huiusmodi electionis negotio procedere, ac tunc et ibidem in venerabilem
virum magistrum Thomam Blague decanum antedictum sub certis expressis legibus et
conditionibus, ita quod dictus Compromissarius priusquam de domo Capitulari predict' recede-
ret et antequam Capitulum huiusmodi solveretur [illegible] idoneum in Episcopum et Pastorem
ecclesie memorate eligeret compromissarius [illegible], promittentes nos bona fide illum acceptare
in verum et certum ecclesie Episcopum et Pastorem quem ipse Compromissarius sub modo et
forma prenominatis duxerit eligend' et procedend'. Quibus sic in hunc modum dispositis prefat'
magister Thomas Blague Compromissarius antedictus onus compromissi huiusmodi in se recipiens
vota sua in venerabilem virum Willelmum Barlowe sacre theologie professorem nunc deca-
num Cestrie iuxta et secundum potestatem sibi in hac parte fact' et concess' ac compromissio-
nem prefert' direxit, ipsumque in Episcopum et Pastorem eiusdem ecclesie elegit, et ecclesie predicte
de eodem providebat prout in schedula tenorem et formam compromissi electionis et provisi-
onis predict' continente per eundem magistrum Thomam Blague publice lect', Cuius tenor de
verbo ad

ad verbum sequitur delucidius continetur. In Dei nomine Amen. Cum vacante nuper sede Ecclie Roffen per mortem naturalem ultimi Episcopi ipsius et pastoris [illegible] ad electionem futuri Episcopi dicte sedis omnibus et singulis qui de iure vel consuetudine dicte ecclie ad electionem huiusmodi fuerint vocandi, ac omnibus qui debuerint aut potuerint huiusmodi electionis negotio quomodo interesse in domo capitulari antedicte ecclie termino ad dictam electionem celebrand' prefixo et assignato presentibus et capitulariter congregatis placuit Decano omnibusque et singulis eiusdem ecclie Capitularibus nemine contradicente vel discrepante per viam sive formam compromissi de futuro Episcopo predicte ecclie providere ac michi Thome Blague dec' ecclie Cathedralis Roffen predict' Decano ut et personam in huiusmodi electionis negotio habenti compromissario, vice sua et parte specialiter et expresse electo, plenam et liberam dederint et concesserint potestatem auctoritatem et mandatum speciale ut ipse, antequam abiret domo capitulari, eligeret et provideret, Ecclie Capitulo durante, personam habilem et idoneam in Episcopum et pastorem eiusdem ecclie, et eidem providendum, prout ex tenore dicti compromissi manifeste liquet et apparet. Ego Thomas Blague Decanus antedictus onus compromissi huiusmodi acceptavi in venerabilem virum Willelmum Barlowe sacre theologie professorem Decanum Cestrie vota mea dirigens, virum scilicet providum et discretum, literarum scientia vita et moribus merito commendabilem liberum de legitimo matrimonio procreatum, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum, ac scientem valentem et volentem iura et libertates dicte ecclie tenere et defendere, vice mea, vice quoque loco et nomine totius Capituli eiusdem ecclie predicte venerabilem virum magistrum Willelmum Barlowe premissorum meritorum intuitu in Episcopum et pastorem eiusdem ecclie Cathedralis Roffen infra tempus michi ad hoc datum et assignatum elegi in communi et eidem ecclie providi de eodem in scriptis. Deinde nos Decanus et Capitulum antedicti prefatam electionem et personam electam potiore rite factam et celebratam obviis ulnis amplectentes, ac etiam ratam gratam et firmam habentes, eundem venerabilem virum magistrum Willelmum Barlowe electum in Episcopum et pastorem prefate ecclie Cathedralis Roffen quatenus in nobis fuit aut est acceptavimus et electionem huiusmodi approbavimus. Consequenter nos vero Decanus et Capitulum antedicti magistro Edwardo Williams clerico potestatem dedimus et concessimus electionem nostram huiusmodi et personam electam clero et populo palam publicandi declarandi et manifestandi prout moris est atque in similibus de iure laudabiliter fieri assolet. Postremo vero nos Decanus et Capitulum antedicti domum nostram capitularem egredientes et chorum ecclie memorate intrantes hymnum Te Deum laudamus cum sermone Anglico per ministros chori solenniter decantari fecimus, quo peracto prefatus magister Edwardus Williams iuxta potestatem sibi elargitam et ministris eiusdem ecclie et plebi publicavit denunciavit et declaravit, que omnia et singula nos Decanus et Capitulum antedicti pro officio nostro debito omnibus et singulis sancte matris ecclie filiis subscripte in hoc processu inserta duximus significanda. Et ut premissorum veritas omnibus et singulis ubilibet clarius constare possit, nos Decanus et Capitulum potestatem electionis nostre processum huiusmodi conscribi et consignari ac subscriptione notarii publici subscripti subsigni, nostrique sigilli communis appensione iussimus et fecimus communiri. Data in domo nostra capitulari predicta vicesimo tertio die mensis Maii Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto.

Et ego Thomas Wardegar Cantuar' Diocesis publicus auctoritate regia notarius, quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini mense die et loco predictis prefatis venerabilibus viris Decano et Capitulo antedictis et premissis agerentur et fierent, presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic (ut premittitur) fieri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi, ideoque hoc presens instrumentum publicum, sive hanc presentem literam testimonialem cum toto et integro processu in ea parte habito et facto manu aliena (me interim aliunde necessariis impedito negotiis) fideliter conscriptum de mandato dictorum Decani et Capituli [illegible] et subscripsi, et in hanc publicam formam redegi, ac nomine et cognomine meis subscripsi, in fidem et testimonium eorundem premissorum omnium et singulorum, Tho: Wardegar Registr.

Instrumentum Consensus

In dei nomine Amen

Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Mercurii vicesimo nono viz. die mensis Maii Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, Regnique Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. viz. Anglie Francie et Hibernie Tertio, et Scotie Tricesimo octavo; In quadam superiori Camera infra edes solite habitationis discreti viri magistri Johannis Weston notarii publici, alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unius infra parochiam sancti Botolphi extra Aldersgate London notorie situatas, Coram venerabili et Reverendo viro Willimo Barlowe sacre theologie professore in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen nominato et electo, in mei Johannis Drake notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentia: Constitutus personaliter idem discretus vir, magister Johannes Weston, notarius publicus antedictus exhibuit procuratorium suum Ratorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen predict sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillatum, et inter eos consentientes et dictum factum, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem venerabili et Reverendo viro Willimo Barlowe Domino Electo antedicto tunc et ibidem personaliter presenti literas quasdam testimoniales sive Certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) ac sub cera rubea etiam sigillat de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen predict fact et celebrata, Eundemque venerabilem virum Dominum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur: Qui quidem venerabilis vir Electus Roffen Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicto Serenissimo Domino nostro Regi, qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dicte domus et Capitulo commendare dignatus est; Deinde eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt, licet se tanto muneri indignum indicaret, Tamen ne ipse divine voluntati et dicti Domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur Deum precatus est ut sese Sancto Spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse vellit, ad illustrandum nominis sui gloriam, et ecclesie stabilitatem procurandam, electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat, ac consensum et assensum suos prebuit in scriptis, prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continetur, Cuius quidem schedule verus tenor sequitur et est talis, viz. In Dei nomine Amen Ego Willimus Barlowe sacre theologie professor in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffensis rite et legitime nominatus et electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate, ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli dicte ecclesie Cathedralis Roffen instanter rogatus et requisitus (Dei Omnipotentis clementia fretus,) electioni huiusmodi de me et persona mea (ut prefertur) facte et celebrate, ad honorem Dei Omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo, in hiis scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir Dominus Electus, quam memoratus magister Johannes Weston procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisiverunt. Acta fuerunt et omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub annis Domini, regnique regie Maiestatis mense die et loco predictis presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Thoma Blague sacre theologie professore Decano dicte Cathedralis Roffen predict, Johanne Osborne generoso, Georgio Hibbins et [illegible] Sparkman literatis testibus ad premissa audiend videnđ et testificand vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristoliensis diocesis natus publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis Domini regnique regie Maiestatis, mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri gesti et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi, Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, meque hic subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus. Per me Johannem Drake notarium publicum antedictum.

Scda schedula

In dei nomine Amen. Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willelmi Barlowe sacre theologie professoris Decani Ecclesie Collegiate Westm in Episcopum et Pastorem dicte Ecclesie Christi et beate Marie virginis Roffen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis isto die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel opposituros, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diu et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli dicte Ecclesie Roffen predict pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi negotio ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Vicesimo septimo Junij 1605. Edw: Stanhope

Sententia

In dei nomine Amen. Auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope militem legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem, necnon Commissarium inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime deputatum, meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotij confirmationis electionis de persona venerabilis viri Willelmi Barlowe sacre theologie professoris Decani Ecclesie Collegiate Westm in Episcopum et Pastorem dicte Ecclesie Christi et beate Marie virginis Roffen electi facte et celebrate, quod coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negotio ferend [illegible] procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita et probata coram nobis in dicto Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen predict de prenominato venerabili viro Willelmo Barlowe electo huiusmodi, viro provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Episcopum Roffen auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari: Idcirco Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius antedictus (sic ut premittitur) specialiter et legitime deputatus et constitutus, attentis premissis et aliis circumstantiis meritis super quibus prenominatus Electus Roffen Episcopus fide digno commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem venerabili viro Willelmo Barlowe factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus, defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus; ipsumque dominum Electum et Confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Roffen eidem domino Electo et Confirmato committimus, ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Roffen Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuar, seu eius deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen predict morem et consuetudinem (legibus et statutis huius regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis. / Ex / vicesimo septimo Junii 1605 Ed: Stanhope

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum dominum Edwardum Stanhope militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem etc. ac Commissarium etc. predictum Reverendissimi patris etc. die Jovis vicesimo septimo viz. die mensis Junii Anno Domini 1605, in Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London etc., inter horas [illegible] quartam post meridiem eiusdem diei ad peticionem [illegible] notarii publici procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen etc. in presentia mei Johannis Drake notarii publici assumpti etc. Super quibus etc. presentibus tunc et ibidem testibus in actis mentionatis etc. / Ex /

Actus Consecrac. **Die Dominico** tricesimo viz. die mensis Junii Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, et Translationis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno Primo, In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambehith etc. situat. Idem Reverendissimus pater virtute et auctoritate literarum Commissionalium patentium Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. sibi in hac parte directarum assistentibus Reverendis in Christo patribus dominis Richardo London, Anthonio Cicestren, et Thoma Gloucestren respective Episcopis munus Consecrationis venerabili viro Willelmo Barlowe Sacre Theologie professori in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie Virginis Roffen electo et confirmato prestito primitus per eundem dominum Electum et Confirmatum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimode iurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forinsecis et extraneis, iuxta formam et effectum statuti parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, necnon de obedientia et obedientia debit' prenominato Dno Archiepo Cantuar' et eccle Metropolitice Xpi Cantuar' adhibend', quamque nulla Symoniaca conventione seu pravitate interveniente prefat' ad Epatum Roffen' promoveri promiserant &c iuxta formam Statuti in ea parte editi &c adhibitis ritibus et ceremonijs de usu moderno eccle Anglicane adhibend', iuxta formam descriptam in libro intitulat' The forme and manner of makinge and consecratinge Byshops, Preists, & Deacons &c impenderat in quibus [illegible] Officium Registrarii primarii dci Reverendissimi patris exercente; presentibus tunc et ibm venerabilibus et egregijs viris Danieli Dun milite legum doctore Curie Cantuar' de Arcubus London' officiali, Edwardo Stanhope milite legum doctore Vicario in Spiritualibus generali et officiali principali dci Reverendissimi patris, Richardo Swale milite legum doctore Curie Audientie Cantuar' causarum et negotiorum Auditore, Johanne Bennet milite legum doctore Curie Prerogative Cantuar' mro Custode seu Commissario, Thoma Nevile sacre theologie professore Decano eccle Cathis et Metropolitice Xpi Cantuar', Lancelloto Andrewes sacre theologie professore Decano eccle Collegiate Beati Petri Westmr', Thoma Blague sacre theologie professore Decano eccle Cathis Roffen' predict', Thoma Mountford, Anthonio Fletcher et Willelmo Covell sacre theologie professoribus, Willelmo Bird, Thoma Edwardes et Arthuro Maist' legum doctoribus, Zacharia Pasfeild sacre theologie bacc', Richardo Bulkley et Alexandro Chapman artium mris, Simone Bibye generoso, Johanne Gibson generoso Appariture, et Johe Drake notario publico cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c

Richardus providentia divina Cantuar' Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Anglie mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Xpo Principis et dni nri dni Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor' &c sufficienter et legitime fulcitus: Venerabili viro Carolo Fotherby sacre theologie bacc' Archidiacono nro Cantuar' in eccla nra Cathi et Metropolitica Xpi Cantuar' salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Epali Roffen' per obitum bone memorie dni Johannis Yonge ultimi Epi et Pastoris ibm, Decanus et Capitulum eccle Cathis Xpi et Bte Marie virginis Roffen' (Licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem virum Willelmum Barlowe sacre theologie professorem Decanum eccle Cathis Cestren' in eorum et dce eccle Cathis Roffen' Epum et Pastorem elegerint, et eidem Cathi predict' de eodem providerint, Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis) Nos Richardus Archiepus Cantuar' antedictus auctoritate qua supra confirmavimus, eidemque Confirmato curam regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Roffen' commisimus, necnon consequenter munus consecrationis (debitis ritibus et ceremonijs de more eccle Anglicane adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus, Ipsumque dnm Electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo, in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Roffen', Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiis suorum universorum inducend', installand' et inthronizand' fore decrevimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum in Xpo patrem dnm Willelmum Barlowe electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Roffen', Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducas, installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu, Stallumque sive sedem Epalem in eccla Cathi Roffen' predict' Epo ibm assignari solit' sibi [illegible] assignes, et eum in nomine dni nri Jesu Xpi imponas seu imponi facias prout decet, Iuribus et consuetudinibus Metropoliticalibus Cantuar' et eccle nre Cathis et

Mandatum ad inducend'

Metropolitice ecclesie Cantuar predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' Tricesimo die mensis Julij Anno domini millesimo sexcentesimo quinto, Et nostre Translationis Anno primo. / Ex /

Advocacio

Omnibus xpi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit. Willimus permissione divina Roffen Episcopus salutem in domino sempiternam. Cum tam de antiqua longeva et legitime prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam superans inconcusse usitat' et observat' quam etiam de singulari prerogativa ecclesie Metropolitice xpi Cantuar fuerit et sit indultum usitatum et observatum. Quod Archiepiscopus Cantuar pro tempore existen' cuilibet suffraganeorum in Episcopum alicuius ecclesie Cathedralis sue Cantuar provincie elect' statim post confirmationem electionis huiusmodi unum Clericum idoneum nominare et presentare possit, cui idem Electus confirmatus tenebitur quamprimum facultas se obtulerit in sua ecclesia Cathedrali de dignitate Canonicatu et prebenda seu de alio competenti beneficio ecclesiastico providere, ac interim dictum Clericum ad dignitatem Canonicatum et prebendam seu beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere. Necnon sibi pensionem annuam sufficientem constituere, tantisper solvend' et impendend' quousque dicto Clerico de aliqua dignitate Canonicatu vel prebenda vel alio competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum. Sciatis nos prefatum Willimum Roffen Episcopum antedictum iura libertates consuetudinem et prerogativam ecclesie Metropolitice xpi Cantuar predict' pro posse nostro adimplere cupientes, ex causis et considerationibus predictis ac in plenam satisfactionem earundem pro nobis et successoribus nostris dedisse concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse Reverendissimo in xpo patri et domino domino Ricardo divina providentia Cantuar Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano executoribus et assignatis suis primam et proximam Advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem ac ius patronatus cuiuscunque Rectorie et ecclesie parochialis nostrorum patronatus et dispositionis existen' ubicunque constitut', cum per mortem resignationem cessionem dimissionem permutationem privationem aut alio quovismodo primo et proxime post datum presentium vacaverit seu vacuam devenire contigerit. Habend' tenend' et gaudend' prefato Reverendissimo patri executoribus et assignatis suis dictam Advocationem, nominationem presentationem liberamque dispositionem et ius patronatus cuiuscunque Rectorie et ecclesie parochialis nostrorum patronatus et dispositionis existen' (ut prefertur) ubicunque constitut' pro termino viginti et unius annorum proxime post dat' presentium immediate sequentium et plenarie complendorum, Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendissimo patri executoribus et assignatis suis quamcunque personam idoneam ad quamcunque Rectoriam et ecclesiam parochialem nostrorum patronatus et dispositionis existen' ubicunque constitut' cum primo et proxime post dat' presentium (ut prefertur) vacare contigerit pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare, Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Episcopus faceremus seu facere possemus si hec presens nostra concessio sive confirmatio minime facta non fuisset. Proviso tamen quod quamprimum contigerit hanc nostram donationem sive concessionem durante termino predict' viginti et unius annorum proxime post dat' presentium pro prima vice aut saltem alia vacatione cuiuscunque Rectorie et ecclesie parochialis nostrorum patronatus et dispositionis existen' ubicunque constitut' suum debitum sortiri effectum ac personam idoneam ad presentationem domini Reverendissimi patris executorum vel assignatorum suorum ad quamcunque Rectoriam et ecclesiam parochialem nostrorum patronatus

et dispositionis

et dispositionem eiusdem Episcopatus constitut' vacant' per admitti et institui, ac in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem induci faciatis et mandetis, Iure tamen Iuris patronatus Advocacionis et disposicionis [illegible] et aliis [illegible] nostrum patronatus et disposicionis eiusdem Episcopatus spectant ad nos et successores nostros integre reservato, dicta donacione [illegible] concessione nostra in aliquo non obstante. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum [illegible] presentibus apponi fecimus. Dat [illegible] die mensis Julij Anno domini millesimo sexcentesimo quinto, Et nostre Consecrationis Anno primo

Acta habita et facta

in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Lanceloti Andrewes sacre theologie professoris Decani Ecclesie Collegiate Westmonasterii, in Episcopum et pastorem Ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis electi, die Jovis Ultimo die mensis Octobris Anno domini millesimo sexcentesimo quinto, Regnique Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. Tertio, et Scotie Tricesimo nono, In ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London [illegible] Jurisdictionis [illegible] inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili et egregio viro Edwardo Stanhope milite legum doctore [illegible] in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et legitime deputato et constituto, in presentia mei Johannis Weston notarii publici Officium Registrariatus principalis [illegible] Sanderson [illegible] fungentis etc.

Cicestren:

Dictis die et loco atque inter horas

predictis coram prefato venerabili et egregio viro Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario ac Commissario [illegible] pro tribunali sedente, [illegible] patentibus regijs de assensu suo regio ac supranominato [illegible] necnon [illegible] Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro [illegible] Stanhope publice lectis, Idem dominus Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et [illegible] patentium et Commissionalium [illegible] in se [illegible] dictarum [illegible] et effectum eorundem, Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Thomas Style notarius publicus almeque Curie [illegible] de Arcubus London procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium [illegible] pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis predicte, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem domino Edwardo Stanhope vicario in spiritualibus generali et Commissario antedicto venerabilem virum Lancelotum Andrewes sacre theologie professorem Decanum Ecclesie Collegiate Westmonasterii in Episcopum et pastorem dicte Ecclesie Sancte Trinitatis Cicestrensis predicte electum, et ipsum [illegible] confirmandum [illegible]. Et insuper dictus magister Thomas Style exhibuit [illegible] certificatorium in dorso [illegible] eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores [illegible] publice preconizari, Quibus tunc et ibidem [illegible] publice preconizatis et nullo modo comparentibus [illegible] magister Thomas Style [illegible] accusavit contumaciam eorum omnium et singulorum [illegible] ad hos diem horam et locum citatorum [illegible] et nullo modo compa[illegible] aliquid [illegible] opponere curantium, et petiit eos omnes et

singulos

Actus

icestren:

singulos oppositores huiusmodi publice preconizari: Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus prefatus magister Thomas Fles procurator antedictus accusavit contumacias eorum omnium et singulorum (sic ut prefertur) ad hos diem locum citatorum et intimatorum ac modo preconizatorum, diu et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c. Ad cuius petitionem dominus Dominus Edwardus Stanhope pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatos expectatos et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit, necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum lecta plenius continetur: Quibus sic gestis prefatus magister Thomas Fles procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis huiusmodi petiit admitti &c. Qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Weston de mandato dicti domini Edwardi Stanhope publice lecta, idem dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Thome Fles admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda, et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c. et assignavit eidem magistro Fles ad probandum dictam summariam petitionem ad statim: Et tunc dictus magister Thomas Fles procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit quasdam literas certificatorias sive testimoniales electionis per decanum et capitulum de persona venerabilis viri Lancelotti Andrewes in Episcopum et Pastorem dicte ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis predicte per decanum et capitulum eiusdem ecclesie facte et celebrate sub forma autentica confect', ac sigillo communi eorundem decani et capituli (ut prefertur) sigillat', necnon exhibuit instrumentum publicum de et super consensu dicti venerabilis viri eidem electioni adhibito, ac etiam exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mencionat' magno sigillo Anglie sigillat', per quas apparet memoratum decanum et capitulum ecclesie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestrensis predicte prefatum venerabilem virum Lancelotum Andrewes in Episcopum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et pastorem elegisse, regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse, et allegavit omnia et singula contenta in dictis respectivis exhibitis fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem respective continentur, petiitque terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum ad statim; ad cuius petitionem prenominatus dominus Edwardus Stanhope assignavit ad audiendum sententiam ad statim. Consequenter vero facta alia trina publicatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum &c. et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte opponere curantium, dominus Dominus Edwardus Stanhope ad petitionem sepefati magistri Fles accusantis contumacias &c. pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Fles decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive sive finalis in huiusmodi negotio confirmationis ferende, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula per eundem dominum Edwardum Stanhope lecta continetur. Hiis expeditis, prestitoque iuramento per prefatum venerabilem virum Lancelotum Andrewes dominum Electum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata, tam de fidelitate obedientia et subiectione debita Serenissimo Domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestanda, ac de renunciando omnimode forinsece potestati iuxta formam statuti in ea parte editi, quam de licita et canonica obedientia reverendissimo in Christo patri domino Domino Richardo Archiepiscopo et successoribus suis &c. quodque nulla simonia conventione sive pravitate intervenientibus iuxta formam canonum in ea parte edit' &c. prefatus dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Thome Fles legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis concept' pronunciando decernendo declarando, confirmando, supplendo, ceteraque faciendo prout in eadem continetur. Super quibus omnibus et singulis tam dictus dominus Electus Cicestrensis quam prefatus

magistr'

magro Thome Ales me notarium publicum antedictum, sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere, instanter respective rogavit et requisivit: Postremo prefatus Dnus Edwardus Stanhope ad peticionem eiusdem Dni Clarke [illegible] nec non me Thome Ales procuratoris antedicti decrevit lras testimoniales super premissis omnibus et singulis sub modo et forma supraspecificatis gestis et expeditis fieri et liberari; presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Johe Drewe legum doctore, Willelmo Barlowe sacre theologie professore Decano Cestrensis, Johe Bell artium magro, Wellowe, Johe Osborne, Zacharia Alley et Henrico Ferebye generosis, Thoma Woode et Johe Crashe notariis publicis, Edwardo Littlewoode et Johe Ringe literatis et multis aliis in numero copioso congregatis testibus etc.//

Tenores vero tam lrarum patentium regie Maiestatis quam tenoris commissionis in dicto Confirmationis negotio habitarum et superius mentionatarum sequuntur et sunt tales vizt.//

Jacobus dei gratia Anglie Scotie Ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri et predilecto et fideli consiliario nro Dno Richardo Archiepo Cantuar totius Anglie Primati et Metropolitano et aliis quibuscunque Epis quorum in hac parte interest salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Cicestren per mortem naturalem ultimi Epi eiusdem sedis ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem Ecclie nre Cathlis per lras nras patentes licentiam illis concesserimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem sedis predict, iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nre predict dilectum nobis in Christo venerabilem virum magrum Lancelotum Andrewes sacre theologie professorem ac Decanum Eccle Collegiate Westmr sibi et Ecclie predict elegerunt in Epum et Pastorem, prout per lras suas patentes sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas gerent dat decimo sexto die Octobris Anno regni nri Anglie Ffrancie et Hibernie tertio, et Scotie tricesimo nono plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus et favorem, necnon adhibemus per presentes, et hoc vobis tenore presentium significamus, rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter iniungendo precipientes et mandantes, quatenus vos aut ad minus tres vestrum eundem electum virum Lancelotum Andrewes in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Cicestren sic (ut prefertur) elect, electionemque illam confirmare, ac ipsum Epum et Pastorem Ecclie Cathlis predicte consecrare, ceteraque omnia et singula peragere facere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam legum et statutorum in ea parte edit et provis velitis cum favore. In cuius rei testimonium has lras nras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmr vicesimo nono die Octobris Anno regni nri Anglie Ffrancie et Hibernie tertio, et Scotie tricesimo nono, per breve de privato sigillo. Brutt, Lea:

Lre patentes regie /

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, dilectis nobis in Christo venerabilibus et egregiis viris Edwardo Stanhope militi legum doctori vicario nro in spiritualibus generali et officiali principali, Johanni Bene, Willelmo Fferrand et Johanni Amye legum respective doctoribus salutem et gratiam. Cum lras patentes illustrissimi in Christo principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie Ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor etc. sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westmr vicesimo nono die instantis mensis Octobris Anno regni sui felicissimi Anglie Ffrancie et Hibernie tertio, et Scotie tricesimo nono receperimus, in quibus inter alia nobis preceptum est, ut electionem venerabilis viri Lanceloti Andrewes sacre theologie professoris Decani Ecclie Collegiate beati Petri Westmr ad Epatum Cicestren confirmaremus, Nos cum de

sua

Comissio /

qua decuit reverentia, volentes mandato regio in ea parte humiliter satisffacere, Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prenominati venerabilis viri Lanceloti Andrewes factam et celebratam, ipsamque electionem, et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon [illegible] tenorem formam et effectum mandati regii predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis con[stiterit] et di[cti] consiliis approband et comprobando: defectusque (si qui forsan in ea parte interuenerint) rite et legitime supplendum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercend et expediend, que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar, ceterisque emolumentis nobis ac officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus, Dat in manerio nostro de Lambehithe Tricesimo die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, Et nostre Translacionis Anno primo.

Procuratorium [illegible]

Pateat universis per presentes, Quod Nos Willelmus Thorne sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestren, et eiusdem ecclesie Capitulum, Dilectos nobis in Christo magistros Thomam Flet, Thomam Browne, et Thomam Bell notarios publicos alme Curie Cantuariensis de Arcubus London procuratores generales coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire nostros veros certos et legitimos procuratores factores negotiorum gestores et nuncios nostros speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes, Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum tam generale tam speciale pro nobis ac vice et nominibus nostris coram venerabili et egregio viro [illegible] Lanceloto Andrewes sacre theologie professore Decano ecclesie Collegiate sancti Petri Westmonasterien comparendi et interessendi, literasque nostras certificatorias super electione eiusdem venerabilis viri in Episcopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis Cicestren per nos fact et confect sigilloque nostro communi sigillatas eidem venerabili viro presentandum exhibendum et ostendendum, ipsumque suppliciter et cum instantia debita quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quatenus electionem predictam de persona sua sic ut prefertur fact et celebrat consentire, ac consensum et assensum suos eidem expresse prebere dignetur, rogand et requirend; necnon de et super premissis omnibus et singulis agend defendend excipiend et replicand litem contestand, ac Juramentum tam de calumnia vitand quam de veritate dicend, ac quodcumque aliud genus liciti Sacramenti in animas nostras prestand subeund et iurand, necnon ponend et articuland positionibus articulis et interrogatoriis respondend, Crimina et defectus contra quoscumque opponentes (si qui fuerint) obiiciend et opponend, Testes literas et instrumenta ac alia quecumque probacionum genera producend et exhibend, ac contra nos, electum, seu electionem predictam product et exhibit, aut producend et exhibend, reproband. Ac omnia alia et singula faciend exercend et expediend, que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum; promittimusque nos ratum gratum atque firmum perpetuis temporibus habituros totum et quicquid per prefatos procuratores nostros aut eorum quemlibet actum gestum seu procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes: In cuius rei testimonium, quia sigillum nostrum commune penes nos in presenti non habemus, sigillum venerabilis et egregii viri Johannis Drury legum Doctoris Domini Archidiaconi Cicestr presentibus apponi procuravimus. Et nos Archidiaconus antedictus sigillum nostrum predictum ad instantiam dictorum constituentium presentibus apponi fecimus, Dat decimo septimo die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto.

Citacio con[tra] oppositores

Richardus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscumque
per provinciam nostram Cantuar' ubilibet constitutis, salutem et gratiam. Cum vacante
nuper sede Episcopali Cicestren' per obitum bone memorie d[omi]ni Anthonij Watson ultimi
Episcopi et pastoris ibidem, Decanus et Capitulum dicte Ecclesie sancte Trinitatis Cicestren'
pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (Licentia regia prius in ea parte petita et
obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint, et huiusmodi electionis
negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, venerabilem virum Lance-
lotum Andrewes sacre theologie professorem Decanum Ecclesie Collegiate beati
Petri Westm' in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Cicestren' Episcopum et pastorem elege-
rint: Cumque Serenissimus in Christo princeps et d[omi]n[u]s n[oste]r d[omi]n[u]s Jacobus dei gratia
Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eo-
rundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati sic ut premittitur
electi facte et celebrate, regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout
per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significa-
verit: Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare
iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accom-
moda, prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet
et apparet: Nos vero volentes eiusdem d[omi]ni n[ost]ri Regis mandato pro officij n[ost]ri debito pare-
re, ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Iuris et statutorum huius regni Anglie ex-
igentiam omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra d[ic]tam electionem, formam
eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad
dictum hoc locum et effectum infrascript' evocand' et citand' fore decrevimus iustitia
mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus qua-
tenus citetis seu citari faciatis peremptorie, alta et intelligibili voce, infra eccl[es]iam paro-
chiam beate Marie virginis de Arcubus London', Decanatus de Arcubus London' n[ost]ri et
Ecclesie n[ost]re Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar' Iurisdictionis immediate necnon per
affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem eccl[es]iam, parochiam vel in
aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in
specie aliquin in genere, qui contra d[ic]tam electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et
eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario n[ost]ro in spiritualibus generali et
Officiali principali, vel Commissarijs n[ost]ris aut eorum aliquo in hac parte quorumque
in eccl[es]ia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London' predict' die Veneris
ultimo viz. die mensis instantis Octobris inter horas nonam et undecimam ante
meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium
et locorum (si oportebat) in ea parte faciend' contra d[ic]tam electionem formam eiusdem
aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Iuris forma
dictur' exceptur' et oppositur', ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac
parte, et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes
preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint)
in specie aliquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod si
ipsi sic citati d[ic]tis die hora et loco coram nobis aut Vicario n[ost]ro in spiritualibus ge-
nerali vel Commissario predicto comparuerint et contra d[ic]tam electionem, formam
eiusdem, aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive
non: Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Iuris et statutorum
huius regni Anglie exigentiam procedemus, ac iustitiam ministrabimus, seu sic
procedet ac iustitiam ministrabit Vicarius n[oste]r in spiritualibus generalis et Officialis
principalis vel Commissarius predict' ipsorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante, Et quid in premissis feceritis
nos aut Vicarium n[ost]rum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium
huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens n[ost]rum
mandatum fuerit executus per literas vestras patentes. Dat' vicesimo nono die mensis Oc-
tobris Anno D[omi]ni Millesimo Sexcentesimo quinto, Et n[ost]re Translationis Anno
primo.

Ctm mandati pred /

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providentia divina Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, aut Commissario cuicunque in hac parte specialiter deputato, vester humilis et devotus Richardus Higges Literatus ad infrascripta mandatarius legitime deputatus, omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore: Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum, Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London' retroscript' et ibidem aliquamdiu dimissi, quam per publicationem eiusdem mandati in Ecclesia parochiali predicta die Martis vicesimo nono viz. die mensis instantis Octobris peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content' et specificat' contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt: Et preterea dictis die et loco antedictis oppositoribus, sic (ut prefertur) citatis, intimavi, quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et quis impedita sint fuerint sive non, vos nihilominus aut Vicarius vester in spiritualibus generalis aut Commissarius antedictus in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius regni exigentiam procedetis seu procedet, ac iustitiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego mandatarius vester antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscript' huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus: In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri domini Archidiaconi Middlesex presentibus apponi procuravi, Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat' Tricesimo die mensis Octobris Anno domini millesimo sexcentesimo quinto. /

Prima Schedula /

In Dei nomine Amen Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani, Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conjunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Lanceloti Andrewes sacre Theologie professoris Decani Ecclesie Collegiate beati Petri Westmonasterii in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestren' electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, alias legitime et peremptorie citatos, sepiusque publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestren' predicte pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in hiis scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, Tricesimo primo die Octobris 1605

Edw: Stanhope –

40

In Dei nomine Amen coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Angliae mediantibus literis commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae regis fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcito, seu eius vicario in spiritualibus generali et officiali principali legitime constituto, aut aliis commissariis quibuscumque in hac parte legitime deputatis, comparuit [illegible] procurator [illegible] Decani et Capituli ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis dicit allegat et in hiis scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Cedmaria pobis

8

1 Inprimis quod sedes episcopalis Cicestrensis per mortem naturalem bonae memoriae domini Anthonii Watson ultimi Episcopi ibidem vacare coepit et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in praesenti, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet.

9

2 Item quod dicta sede episcopali Cicestrensi dudum (ut praefertur) vacante, Decanus et Capitulum ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis praedictae capitulariter congregati et capitulum facientes (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ad domum suam capitularem ecclesiae Cathedralis praedictae pro huiusmodi electione et celebranda unanimiter et concorditer praefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesiae Canonicos et prebendarios ius vocis aut interesse in eadem electione habentes seu habere praetendentes ad diem et locum praedictos in huiusmodi electionis negotio procedendos et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

10

3 Item quod praefati Decanus et Capitulum die et loco praefixis, viz. decimo sexto die mensis Octobris Anno domini millesimo sexcentesimo quinto, iam rite capitulariter congregati et Capitulum facientes, servatis servandis primitus per eos de iure requisitis, deligendi de persona idonea eligenda in Episcopum et pastorem ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis praedictae, tandem unanimiter et concorditer, nullo contradicente [illegible] venerabilem virum Lancelotum Andrewes decanum ecclesiae collegiatae Westmonasteriensis in Episcopum et pastorem dictae ecclesiae Cathedralis elegerunt et ecclesiae [illegible] de eodem providerunt, Et ponit ut supra.

4 Item quod electio huiusmodi et persona electa dicto die et loco in ecclesia Cathedrali Sanctae Trinitatis Cicestrensis praedicta coram clero et populo [illegible] ibidem in numero copioso congregatis debite publicatae et declaratae fuerunt, Et ponit ut supra.

5 Item quod dictus dominus electus electioni huiusmodi de persona sua in Episcopum et pastorem ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis praedictae sic (ut praefertur) factae et celebratae, ad humilem petitionem dictorum Decani et Capituli eiusdem ecclesiae debitis loco et tempore consentiebat, et consensum suum eidem praebuit prout in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra.

6 Item quod dictus venerabilis vir Lancelotus Andrewes fuit et est vir providus et discretus, literarum scientia eminenti, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, ac in aetate legitima et ordine sacerdotali constitutus, hocque fuit et est verum publicum notorium et manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

7 Item quod praefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam

Serenissimo dno nro Jacobo Regi per lras suas patentes sigillo eorum communi roboratas, pro assensu suo debito iuxta formam statuti huius regni Angliae in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra

8 Item qd presentato ex parte dcorum Decani et Capituli eidem regie sublimitati processu electionis hmoi, idem Serenissimus dnus nr Rex electioni hmoi de persona prenominati venlis viri Lancelotti Andrewes (ut prefertur) facte et celebrate, consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra

9 Item qd dnus Serenissimus dnus nr Rex vobis Reverendmo in Xpo patri de assensu et consensu suis regiis hmoi electioni (ut prefertur) adhibitis, per lras suas patentes vobis insinuatas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predcam et personam electam hmoi confirmare et eundem Epum et Pastorem ecclie predce consecrare, ceteraque peragere que vestro in hac parte officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium hmoi seriem dinoscuntur incumbere, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra

10 Item qd premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria, manifesta pariter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciend. offert se pars dcorum Decani et Capituli promptum et paratum pro loco et tempore congruis et oportunis, petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand. et consecrand. fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam, necnon literarum regiarum patentium hmoi vobis directarum in hac parte seriem, curamque regimen et administracionem spiritualium Epatus Cicestren eidem electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Cicestren, iuriumque dignitatum honorum dignitatum preeminentiarum et pertinentiarum suorum quorumcumque induci, installari et inthronizari fore decerni, ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernen. quibuscumque qd iuris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes (si qui forsan sint) iuxta facultatem vobis concessam, Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Juris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium dne iudex antedict. humiliter implorando

Certm Regmo

Reverendissimo in Xpo patri ac dno dno Richardo providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae primati et metropolitano, aut alii cuicumque potestatem in hac parte habenti seu habituro, Vestri humiles Willimus Thorne sacre theologie professor Decanus ecclie Cathedralis Sancte Trinitatis Cicestren et eiusdem ecclie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendmo patri debitas et condignas cum honore: Vre Reverendme paternitati tenore presentium significamus et innotescimus, qd Sede Epali Cicestren per obitum bone memorie Dni Antonii Watson ultimi Epi ibm vacante, pastorisque solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et auctoritate Lrarum Regie Maiestatis nobis et dicte ecclie predce de eligendo alium in Epum et pastorem fact. et concess. in domo nra Capitulari dicte ecclie die dat. presentium capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes, et servatis premittend. per nos omnibus et singulis ad dicte electionis negotium de iure et huius regni Angliae statutis sive antiqua consuetudine dicte ecclie servand., habitoque inter nos diligenti ac maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligend., Tandem in venlem et egregium virum Lancelotum Andrewes sacre theologie professorem

decanu

Decanum dictae ecclesiae collegiatae Westmonasterii per Serenissimi Domini nostri Regis literas specialiter nominatum et commendatum fore nos dicimus, ipsumque [illegible] dictae [illegible] Serenissimae regiae maiestati in virum et dictae ecclesiae [illegible] Christo Episcopum et pastorem nullo expresso contradicente vel reclamante elegimus, prout per alias literas nostras certificatorias dicto Serenissimo Domino nostro Regi ex parte directas et transmissas plenius liquet et apparet. Vestrae igitur paternitati Reverendissimae tenore praesentium humillime supplicamus ac in Domino rogamus, quatenus dictam nostram electionem sic ut praemittitur praefactam de persona praenominati venerabilis et egregii viri factam et celebratam confirmare, ceteraque peragere concedere et expedire quae ad officium Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vestra Reverendissima paternitas cum favore, sit Deo Optimo Maximo honorum omnium largitore [illegible] sperantes dictum Dominum Electum et confirmandum nobis [illegible] valeat utiliter pariter et prodesse; ac vos ipsi [illegible] regimine bene possitis Deo in Ecclesia militanti [illegible] diu [illegible]. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum commune praesentibus apposuimus. Datum in Domo nostra Capitulari [illegible] die mensis Octobris Anno Regni Domini nostri Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. videlicet Angliae Franciae et Hiberniae tertio, et Scotiae Tricesimo nono, 1605.

In Dei nomine Amen, per praesens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum, Quod die Sabbati vicesimo sexto videlicet die mensis Octobris Anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, Regnique Illustrissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Jacobi Dei gratia Angliae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. tertio et Scotiae Tricesimo nono, in quodam domo Capitulari Decani et Capituli Ecclesiae Collegiatae Beati Petri Westmonasterii in Comitatu Middlesexiae situata, in mei Johannis Weston notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum praesentia, personaliter constitutus [illegible] Thomas [illegible] almae Curiae Cantuariensis de Arcubus London procurator generalis [illegible] procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis exhibuit et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli praesentavit venerabili viro Lancelloto Andrewes sacrae theologiae professori Decano Ecclesiae Collegiatae Beati Petri Westmonasterii praedicti tunc et ibidem personaliter praesenti, quasdam testimoniales sive certificatorias literas sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi sigillatas de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et pastorem dictae Ecclesiae Cathedralis Cicestrensis factae et celebratae, eundemque venerabilem virum Dominum Electum [illegible] instanter rogavit et requisivit, quatenus electioni de ipso et sua persona (ut praemittitur) factae et celebratae consentire [illegible] dignaretur. Qui quidem venerabilis vir Dominus Electus [illegible] apud antedictum [illegible] electioni [illegible] factae et celebratae consentiendum [illegible] consensum et assensum suos [illegible] in scriptis, prout in schedula quam in manibus suis tunc tenebat publice legebat, continebatur. Cuius quidem schedulae verus tenor sequitur et est talis.

In Dei nomine Amen, Ego Lancelotus Andrewes sacrae theologiae professor Decanus Ecclesiae Collegiatae Beati Petri Westmonasterii in Episcopum et pastorem Ecclesiae Cathedralis Sanctae Trinitatis Cicestrensis rite et legitime nominatus et electus, atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte factae et celebratae, ex parte venerabilium virorum Decani et Capituli dictae Ecclesiae Cathedralis Cicestrensis debite et instanter rogatus et requisitus, Dei omnipotentis clementia fretus electioni huiusmodi de me et persona mea (ut praefertur) factae et celebratae, ad honorem Dei omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum [illegible] praebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis praemissis [illegible] Dominus Electus [illegible] memoratus [illegible]

Thomas [illegible] procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur sub anno Domini, regnique regie Majestatis, mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibidem venerabili viro Johanne Drury legum doctore, et Johanne Drake notario publico testibus ad premissa vocatis audientibus et testificantibus rogatis specialiter et requisitis.

Et ego Johannes Keston London. diocesis natus, publicus auctoritate regia notarius, quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini regnique regie Majestatis, mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi scivi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius (me aliis prepedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine, cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

[illegible]

per me Johannem Keston notarium antedictum

[illegible] ad [illegible]

Contumacia schedula

In dei nomine Amen, Nos Edwardus Stanhope miles legum doctor reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis, necnon commissarius inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime specialiter constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Lancelotti Andrewes sacre theologie professoris decani ecclesie collegiate beati Petri Westmonasteriensis in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis [illegible] electi facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam sic ut prefertur electam dicere excipere sive opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua crediderint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in hac parte electam in debita juris forma dicturos, excipiendum sive opponendum, alias trinis et peremptoriis vicibus, publice preconizatos diu et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam quicquid dicentes, excipientes sive opponentes, [illegible] pronunciamus [illegible] contumaces, et in penam contumacie [illegible] ad ulteriora in dicto negotio [illegible] procedendum fore decernimus [illegible] absentia sive contumacia in aliquo non obstante. [illegible]

Edw: Stanhope

Sententia

In dei nomine Amen, Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope militem legum doctorem reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem, necnon commissarium inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime specialiter deputatum et constitutum, meritis et circumstantiis cuiusdam negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Lancelotti Andrewes sacre theologie professoris decani ecclesie collegiate Westmonasteriensis in episcopum et pastorem ecclesie

42

Cathlis sancte Trinitatis Cicestren' electi facte et celebrate, Que coram nobis in
iudicio aliquandiu vertebatur, pendetque in pnti et pendet indecisa, rimatoque pri-
mitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio
habito et facto, atque diligenter recensito, servatisque per nos de Iure et statutis huius
regni Anglie in ea parte servandis, ad nre sententie diffinitive sive nri finalis
decreti prolationem in hmoi Confirmationis negotio ferend', sic duximus procedendum
fore et procedimus in hunc qui sequitur modum: Quia per acta inactitata, deducta,
allegata, proposita, exhibita et probata coram nobis in dco Confirmationis negotio
comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum
Eccle Cathlis sancte Trinitatis Cicestren' predict' de prenominato venerli viro
Lancelloto Andrewes Electo hmoi viro utique provido et discreto, vita et mori-
bus merito commendato, atque in etate ltima et ordine sacerdotali constituto, rite
et ltime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerli viro Electo
hmoi de institutis ecclesiasticis obviasse, quominus in Epum Cicestren' auctoritate
dicti Reverendissimi pris merito debeat confirmari: Idcirco nos Edwardus Stanhope
Miles legum doctor vicarius in spualibus generalis, Commissarius et Iudex ante-
dictus sic (ut prefertur) specialr deputatus, attentis premissis et aliis virtutum
meritis super quibus prenominatus Electus Cicestren' Epus fidedigno commenda-
tur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis
nris preponentes et habentes de et cum consilio Iurisperitorum cum quibus in
hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem venerli viro Lan-
celoto Andrewes factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirma-
mus, defectusque quoscunque in dco Confirmationis negotio intervenientes (si qui
forsan sint) quantum in nobis est supplentes et supplemus, ipsumque dnm Elec-
tum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, curamque
regimen et administrationem spualium dicti Epatus Cicestren' eidem dno Electo
et confirmato committimus, et ipsum in realem actualem et corporalem posses-
sionem dicti Epatus Cicestren', Iuriumque dignitatum, honorum preeminentiar'
et pertinentiu' suorum universorum inducend' et inthronizand' fore per Archinum
Cantuar', vel suo deputatum, (iuxta Eccle Cathlis sancte Trinitatis Cicestren' predict'
morem et consuetudinem) (Legibus et statutis huius regni Anglie non adversan-
tibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram sententiam diffinitivam sive
hoc nrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis
Tricesimo die Octobris 1605, Edw: Stanhope

Lecta fuit hmoi sententia
per prefatum venlem virum dnm Edwardum Stanhope
Militem Legum doctorem vicarium in spualibus generalem
etc ac Commissarium etc predicti Reverendissimi pris etc. die et
loco [illegible] [illegible]simo die mensis Novembris Anno Dni 1605
In Eccla parochiali beate Marie virginis de Arcubus London'
inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei
ad petitionem mri Thome Iles notarii publici procuratoris Decani et
Capituli Eccle Cathlis Ste Trin Cicestren', in presentia mei [illegible]
[illegible] notarii publici etc presentibus tunc et ibm testibus in actu mentionat etc.

Die dominico, Tertio viz. die mensis Novembris Anno
Domini millesimo sexcentesimo quinto, et translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini
Domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Me-
tropolitani Anno primo, In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum
de Lambehith scituat, Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate Literarum
Commissionalium patentium Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini
Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc.
sibi in hac parte directarum, assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus dominis
Richardo London, Johanne Norwicen, Thoma Gloucestren, et Willelmo Roffen respec-
tive Episcopis, munus consecrationis Venerabili viro Lancelloto Andrewes sacrae theologiae
professori in Episcopum et pastorem ecclesiae Cathedralis sanctae Trinitatis Cicestren electo
et confirmato (praestito primitus per eundem dominum Electum et confirmatum
Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis
et temporalibus, ac de renunciando omni et omnimodae Jurisdictioni potestati, auctoritati,
et superioritati forancis et extraneis iuxta vim formam et effectum statuti
Parliamenti huius inclyti regni Angliae in ea parte editi et provisi, necnon
de reverentia et obedientia debitis praestito domino Archiepiscopo Cantuar, et Ecclesiae
Metropoliticae Christi Cantuar exhibend, quam quod nulla Simoniaca Conventione
seu pravitate intervenientibus per se ad Episcopatum Cicestren promoveri procuravit
etc, iuxta formam Canonis in ea parte editi etc, adhibitisque ritibus et ceremoniis
de usu moderno ecclesiae Anglicanae adhibend, iuxta formam descriptam in libro
intitulat, The forme and manner of makinge and consecratinge Bishops, Priests,
and Deacons &c. impendebat, in presentia mei Johannis Cosbern notarii publici Officii
Registrariatus principalis dicti Reverendissimi patris deputati, praesentibus tunc et ibidem venerabilibus
et egregiis viris Edwardo Stanhope milite Legum doctore vicario in spiritualibus generali
et Officiali principali dicti Reverendissimi patris, Richardo Swale milite legum doctore Curiae
Audientiae Cantuar causarum et negotiorum Auditore, et Johanne Bennet milite Legum doctore
Curiae Prerogativae Cantuar Custode sive Commissario, necnon venerabilibus viris
Thoma Nevile sacrae theologiae professore, decano ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi
Cantuar, Griffino Lewes sacrae theologiae professore decano ecclesiae Cathedralis Gloucestren,
et Johanne Overall sacrae theologiae professore decano ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London,
Thoma Montford, Willelmo Sorell et Johanne Hildersly sacrae theologiae respective pro-
fessoribus, Johanne Drury et Georgio Newman Legum respective doctoribus, cum multis
aliis in numero copioso congregatis testibus etc.

Mandatum ad inducend

Richardus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas
et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Angliae medi-
antibus Literis Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo Principis et domini nostri domini
Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc.) sufficienter
et legitime fulcit: Venerabili viro Carolo Fotherby sacrae theologiae baccalaureo Archidiacono nostro Cant
in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar, salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede
Episcopali Cicestren per obitum bonae memoriae domini Anthonij Watson ultimi Episcopi ibidem, de-
canus et Capitulum ecclesiae Cathedralis sanctae Trinitatis Cicestren (Licentia regia prius in ea parte
petita et obtenta) venerabilem virum Lancelotum Andrewes sacrae theologiae professorem decanum
Ecclesiae

Ecclie Collegiate Beati Petri Westm, in eorum et dce Ecclie Cathis Cicestren Epum et pastorem elegerunt, ac Ecclie Cathi pred de eodem providerunt, Quam quidem electionem ac personam sic electam (forma de Jure et statut huius regni Anglie in hac parte provisis) nos Ricardus Archiepus Cantuar antedictus auctoritate qua supra confirmavimus, eidemque confirmato curam regimen et administracionem spiritualium dci Epatus Cicestren commisimus, necnon consequenter munus Consecracionis (adhibitis ritibus et ceremonijs de more Ecclie Anglicane adhibend) eidem Electo et Confirmato impendimus, Ipsumque dnm Electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Cicestren, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et ptinentium suorum universorum inducend installand et inthronizand fore decrevimus iusticia mediante: Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem dnm Lancelotum Andrewes Electum Confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus Cicestren, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum, et ptinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes, seu sic induci, installari et inthronizari facias cum effectu, Cathedramque sive sedem Epalem in Ecclia Cathi Cicestren pred Epo ibm assignari solit sibi (ut moris est) assignes, et eum in nomine Dni nri Jesu Xpi imponas, seu imponi facias prout decet, Juribus et Consuetudinibus nris Archiepalibus Cantuar, et Ecclie nre Cathis et Metropoliticae Xpi Cantuar pred dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis: In cuius rei Testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat Tercio die mensis Novembris Anno Dni millimo sexcentesimo quinto, Et nre Transl Anno primo.

Octavo die mensis Novembris Anno Dni millimo sexcentmo quinto, emanavit Induccio venerabilibus viris Willimo Thorne decano Ecclie Cathis Cicestren, ffrancisco Cox sacre theologie professori et Garretto Williamson sacre theologie bacc prebendarijs Ecclie Cathis Cicestren et cuilibet ad installand et inthronizand Reverendum patrem in Epum Cicestren. Induccio

Vicesimo octavo die mensis Novembris Anno Dni millimo sexcentmo quinto, Reverendus pr Dnus Lancelotus Cicestren Epus per scriptum suum dedit concessit et assignavit Reverendissimo in Xpo patri Dno Ricardo Cantuar Archiepo et ac executoribus et assignatis suis primam et proximam Advocacionem, nominacionem presentacionem, liberamque dispositionem ecclesie sive prebende sive vicarie perpetue Ecclie parochis de Cuckfeild in Comitat Sussex Cicestren dioces, ac donacionis et dispositionis dci Reverendi patris existend, et cum per mortem etc, aut alio quocunque modo primo et proxime dci scripti vacare contigerit, iuxta formam scripti infra terminum viginti sex annorum etc prout in similibus Advocacionibus etc. Advocacio

Omnibus Xpi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem et gram: Cum Reverendus in Xpo pater ac venlis Confrater nr Dnus Lancelotus eadem providentia Cicestren Epus, Jura, libertates, consuetudines et Prerogativam Ecclie nre Metropoliticae Xpi Cantuar prout tenebatur pro posse suo adimplere volens, ex causis et consideracionibus in scripto suo gerent dat vicesimo octavo die mensis Novembris Anno Dni millimo sexcentmo quinto iam currente, regnique serenissimi in Xpo principis et Dni Assignacio dce Advocacionis

Dni nri Dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris
&c viz Anglie ffrancie et hibernie tercio, et Scotie tricesimo nono, Ac sue Consecra-
cionis Anno primo, memorabili et specificabili, ac in plenam satisfaccionem cuiusdam summe pro se
et Successoribus suis per dictum scriptum suum dedisset concessisset ac eodem sigillo suo con-
firmavit, nobis Richardo Cantuar Archiepo antedco executoribus et assignatis nris primam
et proximam Advocacionem, nominacionem, presentacionem, liberamque disposicionem et ius pa-
tronatus vicarie perpetue ecclie parochialis de Durkfeild in Com Sussex sue Cicestren Di-
ocesis ac suorum patronatus et disposicionis existen, cum per mortem resignacionem, cessi-
onem, dimissionem, permutacionem, privacionem aut alio quocunque modo proximo primo et proxi-
mo post dat dci scripti eandem vacare seu vacantem fore contigerit: habend tenend et gau-
dend nobis prefato Richo Cantuar Archiepo antedco executoribus et assignatis nris
dictam Advocacionem, nominacionem, presentacionem liberam presentacionem et ius pa-
tronatus dicte vicarie de Durkfeild pro termino viginti unius annorum proximi post
dat scripti predci immediate tunc sequen et plenarie complendorum: Ita qd bene liceat et
licebit nobis et executoribus et assignatis nris quamcunque personam idoneam ad dictam
vicariam de Durkfeild primo et proximo post dat dci scripti (ut prefertur) vacantem pro
termino viginti unius annorum nominare et presentare, Ceteraque omnia et singula facere
exercere et perimplere que in premissis seu circa eadem necessaria fuerint, seu quomodolibet
opportuna, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma prout prefatus Rev
frater nr Lancelotus Cicestren Epus vel successores sui facerent seu facere possent si
sua concessio sive confirmacio predict nobis inde facta non fuisset, prout per scriptum
suum huiusmodi plenius liquet et apparet: Sciatis igitur nos Richardum Archiepiscopum Cantuar
antedictum pro variis iustis et legitimis causis et consideracionibus, nos in ea parte specialiter
moven dedisse concessisse et hoc pnti scripto nro confirmasse et assignasse dilecto
nobis in Christo Thome Wilsha Sacre Theologie baccalaureo Rectori ecclie parochialis de Westborn
in Com Sussex predict executoribus et assignatis suis tam dictum scriptum sic (ut
prefertur) per prefatum Reverendum patrem Confratrem nrum Dnm Lancelotum Cicestren
Epum antedictum nobis factum, quam ius statum et interesse nra inde nobis competen vel
competitur: Ita qd bene liceat et licebit eidem Thome Wilsha executoribus et assig-
natis suis et eorum cuilibet quamcunque personam idoneam ad dictam vicariam de Durkfeild
primo et proximo post dat dci scripti nobis (ut prefertur) fact vacatur pro predicto
termino viginti unius annorum nominare et presentare, Litteras nominacionis et presentacionis
de dicta vicaria cuicunque persone idonee concipere et termino predco facere et concedere,
Ceteraque omnia et singula alia facere exercere et perimplere que in premissis seu circa eadem
necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis
modo et forma prout nos Richus Archiepus Cantuar antedictus executores vel assignati nri
faceremus seu facere possemus, si hec presens nra concessio sive assignacio facta non fuisset.
In cuius rei testimonium sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo
nono die mensis Novembris Anno Dni millesimo sexcentesimo quinto, regnique predci Dni nri
Jacobi Regis Anglie ffrancie et hibernie tercio, et Scotie tricesimo nono, nostreque
Translacionis Anno primo. / Ex /

boracen

Eboracen

Acta habita et facta in negotio

Confirmacionis electionis Reverendi in Christo patris et domini domini Tobie Mathew nuper Dunelmen(sis) Episcopi in Archiepiscopum et Pastorem beati Petri Eboracen(sis) electi, die Lune decimo octavo viz(t) die mensis Augusti Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto, Regnique Illustrissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Quarto, et Scotie Quadragesimo: In Capella Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar(iensis) Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani infra Manerium suum de Lambehith situat(a) coram eodem Reverendissimo patre, necnon Reverendis patribus dominis Richardo London(iensi), Johanne Bristolien(si), Willelmo Roffen(si) et Lancelloto Cicestren(si) respective Episcopis auctoritate Parliamenti regni Anglie, mediantibus literis Commissionalibus patentibus dicti Illustrissimi domini nostri Jacobi Regis eis &c directis &c legitime fulcitis in presentia mei Johannis Cotton notarii publici &c.

Dictis die et loco inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, prenominatus Reverendissimus in Christo pater dominus Richardus Archiepiscopus Cantuar(iensis) ad dictam Capellam suam infra Manerium suum de Lambehith predict(um) comitantibus eum dicto Reverendo patre domino Tobia Mathew Eboracen(si) electo, ac Reverendis patribus dominis Richardo London(iensi), Johanne Bristolien(si), Willelmo Roffen(si) et Lancelloto Cicestren(si) respective se contulit, ac ibidem dicta et cantata per discretum virum Zacharium Pasfeild sacre theologie baccalaureum Capellanum domesticum dicti Reverendissimi patris Letania in lingua vulgari, ac eadem Letania finita, ac facta concione sacra et erudita per Richardum Hunt in artibus magistrum: Idem Reverendissimus pater dominus Richardus Cantuar(iensis) Archiepiscopus, necnon Reverendi patres domini Richardus London(iensis), Johannes Bristolien(sis), Willelmus Roffen(sis) et Lancellotus Cicestren(sis) respective Episcopi ad Orientalem partem dicte Capelle [illegible], viz(t) dictus Reverendissimus pater in medio, ac prefati domini Richardus London(iensis), et Willelmus Roffen(sis) a dextra, et Johannes Bristolien(sis), et Lancellotus Cicestren(sis) a sinistra eiusdem Reverendissimi patris respective occuparunt: Et tunc presentatis sibi per honorabilem virum dominum Johannem Bennet militem legum doctorem literis patentibus dicti Illustrissimi domini nostri Regis magno sigillo Anglie sigillatis eisdem Reverendissimo et Reverendis patribus inscriptis et directis, ac per honorabilem et egregium virum dominum Edwardum Stanhope militem legum doctorem dicti Reverendissimi in Christo patris domini Archiepiscopi Cantuar(iensis) Vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem publice lectis: Idem Reverendissimus pater dominus Archiepiscopus Cantuar(iensis) necnon prefati Reverendi patres domini Richardus London(iensis), Johannes Bristolien(sis), Willelmus Roffen(sis) et Lancellotus Cicestren(sis) respective Episcopi antedicti, ob honorem et reverentiam dicti Illustrissimi domini nostri Regis acceptarunt in se onus execucionis dictarum literarum patentium et decreverunt procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Deinde comparuit prefatus dominus Johannes Bennet miles et exhibuit procuratorium suum [illegible] pro venerabilibus viris Decano et Capitulo dicte Ecclesie Cathedralis et Metropolitice beati Petri Eboracen(sis) predict(e) sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillatum, et fecit se partem pro eisdem, et exhibebat in [illegible] coram eisdem Reverendissimo et Reverendis patribus dictum Reverendum patrem dominum Tobiam Electum Eboracen(sem), Quibus sic gestis prefatam commissionem suam per me prefatum Johannem Cotton notarium publicum de mandato dicti Reverendissimi patris domini Archiepiscopi Cantuar(iensis) publice lecto: Idem dominus Johannes Bennet miles exhibuit mandatum citatorium originale cum contra oppositores preconizatos, tunc certificatorium in dorso [illegible] instrumenti eiusdem, et petiit [illegible] oppositores [illegible] publice preconizari, Quo quidem [illegible] facta trina publica preconizacione ad ostium ecclie dicte de Arcubus, omnium et singulorum oppositorum ad hos diem horam et locum sic citatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte obijcientium &c, prefatus Reveren^mus pater de et cum assensu et consensu eorundem Collegarum suorum ad peticionem eiusdem dni Johis Benet militis accusantis eorum contumaciam &c, pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumacie eorum ad peticionem dci dni Johis Benet militis eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam preclusit, prout in schedula per eundem Reveren^mum patrem de consensu Collegarum suorum predictorum lecta latius continetur: Quibus sic gestis prefatus dnus Johes Benet miles procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam peticionem in scriptis quam petiit admitti &c, Que quidem summaria peticione per me prefatum Johem Foster, notarium publicum antedictum de mandato dci Reveren^mi patris dni Cantuar Archiepi et Collegarum suorum predict publice lecta, Idem Reveren^mus et Reverendi patres peticionem eiusdem dni Johis Benet militis admiserunt eandem summariam peticionem quatenus de iure sit admittenda, et decreverunt procedendum fore in dco negotio summarie et de plano, et assignaverunt terminum ad probandum dictam summariam peticionem ad statim. Et tunc dnus Johes Benet miles in subsidium probacionis contentorum in dicta summaria peticione exhibuit lras patentes regias Commissionales predictas, necnon Certificatorium quoddam nomine dictorum Decani et Capituli eccle Cathis et metropolitice beati Petri Eboracen super electione facta de persona predict Reverendi patris dni Tobie Mathewe in Archiepum Eborum sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera flava sigillat, et preterea exhibuit quoddam procuratorium nominibus eorundem Decani et Capituli fact, eorum sigillo communi etiam (ut prefertur) sigillat ad petendum consensum dci dni Electi hmoi electioni, Exhibuit etiam quoddam instrumentum publicum fact super consensu dci Reverendi patris dni Electi hmoi electioni predict de persona sua fact, exhibuit, et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera, atque habita et gesta prout in eisdem continentur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hmoi causa ad statim. Ad cuius peticionem dci Reveren^mus et Reverendi patres assignaverunt ad audiendum sententiam ad statim. Et Consequenter facta alia trina preconizacione omnium et singulorum oppositorum hmoi sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte opponere curantium dci dni Commissarij ad peticionem dci dni Johis Benet accusantis eorum contumaciam &c pronunciaverunt eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi ad peticionem dci dni Johis Benet militis decreverunt procedendum fore ad prolacionem sententie diffinitive in hmoi causa sive negotio Confirmacionis, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan (prout in schedula per eundem Reveren^mum in Christo patrem dnum Archiepum Cantuar de consensu Collegarum suorum predict lecta continetur) quibus sic expeditis, prestitoque Iuramento per eundem Reverendum patrem dnum Electum Eboracen ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta, tam de fidelitate obedientia et subiectione dco Illustrissimo dno nro Regi suisque heredibus et successoribus, ac de renunciacione omnimode forinsece potestatis iuxta formam Statuti Parliamenti huius inclyti regni Anglie in ea parte editi et provisi, quam de Symoniaca pravitate vitanda iuxta Constitutiones [illegible] etiam editas, dictus Reveren^mus pater dnus Ricus Cantuar Archiepus de assensu Collegarum suorum predictorum legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum predict pronuncians, declarans et decernens facientem prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis prefatus Dnus Johes Bennet miles requisivit me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere. Denique dni Commissarij antedicti ad petitionem eiusdem Dni Johis Bennet mil decreverunt sibi et eidem Dno Electo et Confirmato literas testimoniales super premissis omnibus et singulis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et liberari. Presentibus tunc et ibidem honorandis viris Dnis Thoma Egerton Barone de Elsmere supremo Cancellario Anglie, Johe Herbert milite secundo Secretario et a privatis Consilijs Dni nri Regis, Georgio Dno Carew Barone de Clopton, Dno Julio Caesare milite Cancellario Scaccarij Dni nri Regis Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Vicario in spiritualibus generali dci Reverendissimi patris, Willimo James sacre theologie professore decano Dunelmen, Georgio Abbott sacre theologie professore decano Winton, Johe Cowell decano Sarum, Mattheo Dodsworthe in legibus bacc, Johe Childersly sacre theologie professore, Abrahamo Hartwell in artibus magro, Robto Hall et Xpofero Wormeall gen, Johe Drake et Georgio fforman notarijs publicis cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Lre patentes regie

Jacobus Dei gratia Anglie Scotie ffrancie et hibernie Rex fidei defensor &c. Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et perquam fideli Consiliario nro Ricardo providentia divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, ac Reverendis in Xpo patribus Ricardo London, Johi Bristoll, Willimo Roffen et Lancelot Cicestren respective Epis salutem: Cum vacant nuper sede Archiepali Eboracen per mortem reverendi in Xpo patris Matthei Hutton ultimi Epi eiusdem sedis, ad humilem petitionem decani et Capituli decani et Capituli Ecclie nre Cathis et Metropoliticae Sci Petri Eborum predict per litras nras patentes licentiam illis concesserimus alium sibi eligendi in Archiepum et Pastorem sedis antedicte. Idem decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nre predicte Reverendum in Xpo patrem Tobiam Matthew Dunelmen Epum sibi et Ecclie Cathi et Metropolitice Sci Petri Eborum predict elegerunt in Archiepum et Pastorem prout per litras suas patentes sigillo eorum comuni sigillat gerent dat apud Eborum Vicesimo sexto die Julij Anno regni nri Anglie ffrancie et hibernie quarto, et Scotie tricesimo nono, ac nobis inde directas plenius liquet et apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem: Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes, quatinus vos seu tres vestrum (quorum vos prefatum Archiepum Cantuar predict unum esse volumus), eundem Tobiam Matthew in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et Metropolitice Eborum predict sic (ut prefertur) elect, electionemque predictam confirmare, ac eundem Tobiam Archiepum et Pastorem Ecclie Metropolitice predict investire, ceteraque omnia et singula facere et peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam legum et Statutorum nrorum in ea parte edit et provis velitis cum favore et effectu: In cuius rei testimonium has litras nras fieri fecimus patentes: Teste meipso apud Westmonasterium nono die Augusti Anno regni dni nri Anglie ffrancie et hibernie Quarto, et Scotie Quadragesimo, Per breve de privato sigillo

Bruce, Wyn. &c.

Procuratorium

Pateat universis per presentes, Quod nos Johannes providentia divina Bristolien' Episcopus Decanus Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis, et Capitulum eiusdem ecclesie dilectos nobis dominum Johannem Benet militem legum doctorem Archiepiscopatus Eboracensis vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem, dominum Edwardum Stanhope militem legum etiam doctorem canonicos dicte ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis, et prebendarios prebendarum respective de Langtofte et Southnewbald in eadem, Johannem Kinge sacre theologie professorem Archidiaconum Nottingham in dicta ecclesia Eboracensi, Theophilum Aylmer sacre theologie professorem et Willelmum Wilkinson legum doctorem canonicos etiam dicte ecclesie et prebendarios prebendarum respective de Botevant et Ffridathorp in eadem ecclesia, et Matheum Dodsworthe in legibus baccalaureum dicti vicarii in spiritualibus generalis et officialis principalis substitutum seu surrogatum, coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et in solidum potestatem generalem, ac tam generale quam speciale mandatum pro nobis ac vice loco et nominibus nostris coram Reverendo in Christo patre et domino domino Tobia providentia divina Dunelmensi Episcopo, in Archiepiscopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis electo comparendi, et exhibendi, literasque nostras certificatorias sive testimoniales de et super electione eiusdem Reverendi patris in Archiepiscopum et pastorem eiusdem ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis per nos unanimiter vigore et virtute brevis regii de Congé d'eslire nobis in ea parte directi facte et celebrate, sigillo nostro communi seu capitulari sigillatas dicto Reverendo patri presentandi ostendendi et exhibendi, consensumque et assensum eiusdem Reverendi patris super electione (ut premittitur) facta adhibendi, instanter instantius et instantissime petendi requirendi et obtinendi: Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi, que in premissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Etiam si mandatum potestatem et auctoritatem de se magis exigant specialia, quam superius est expressum, Ratum gratum et firmum perpetuo habituri totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit in premissis seu eorum aliquo, et cautionem in ea parte exponimus per presentes: In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune seu capitulare presentibus est appensum. Dat' Ebor' in domo nostra capitulari vicesimo sexto die mensis Julii Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto.

Citacio contra oppositores

Richardus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Ricardus London', Johannes Bristolien', Willelmus Roffen' et Lancelotus Cicestren' respective Episcopi, auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Anglie, mediantibus literis commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis, fidei defensoris, nobis in hac parte directis Commissarii legitime deputati: Universis et singulis dicti domini nostri Regis subditis per universum Anglie regnum ubilibet constitutis, salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Archiepiscopali Eboracensi per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Mathei Hutton ultimi Archiepiscopi eiusdem sedis, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis pro electione novi et futuri Archiepiscopi ibidem licentia regia primitus in ea parte petita et electum celebrandum, certum diem prefixerint et assignaverint, atque in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, Reverendum Confratrem nostrum dominum Tobiam Mattheum Dunelmensem Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Ebor. predicte Archiepiscopum elegerint, Cuique dictus serenissimus dominus noster Rex ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem electioni de persona prefati Electi (ut premittitur) facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes magno sigillo suo Anglie sigillatas nobis significaverit, Mandando quatenus nos personam electam et electionem huiusmodi confirmare, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda. prout per easdem literas patentes regias (ad quas habere relatum) plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem serenissimi domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere, et in huiusmodi confirmationis negotio iuxta Iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos (si qui sint) qui contra dictam electionem seu formam eiusdem, personamve in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad diem et locum subscript. atque ad effectum inferius descript. evocandos et citandos fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere per affixionem presentium in aliquo loco publico infra regnum Anglie fiend., aliisque viis modis et mediis licitis quibus id melius et efficacius de Iure poteritis, ita quod huiusmodi citatio ad eorum noticiam verisimiliter pervenire possit: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis in Capella infra Palatium nostrum Cantuar. apud Lambehith in Comitatu Surr. die Lune videlicet decimo octavo die mensis presentis Augusti inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiend. contra dictam electionem formamve eiusdem et personam in ea parte electam (si sibi expedire putaverint) dicturos in debita Iuris forma causam exceptionem et oppositionem, ulteriusque facturos et recepturos quod iustitia in ea parte suadebit, et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma predictis omnibus et singulis oppositoribus huiusmodi (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod sive ipsi sic citati coram nobis dictis hora et loco predictis comparuerint, et contra dictam electionem formamve eiusdem personamve in hac parte electam dicere excipere vel opponere curaverint sive non, nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Iuris et statutorum huius regni Anglie in ea parte editorum exigentiam procedere volumus et intendimus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante: Et quid in premissis feceritis nos dictis die hora et loco vel citra debite certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus. Dat. sub sigillo quo in hac parte ad presens utimur undecimo die mensis Augusti Anno domini millesimo sexcentesimo sexto.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Ricardo providentia divina Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, necnon Reverendis patribus dominis Ricardo London., Johanni Bristolien., Willelmo Roffen., et Lancelloto Cicestren. eadem providentia respective Episcopis, mediantibus literis commissionalibus patentibus serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris, etc.

Cert super citacionis

cis dictis ad infrascripta legitime fulcitis, aut tribus eorum quorum vos prefatum Archiepiscopum unum esse voluit, vester humilis et devotus [illegible] Higges literatus vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam debitas et condignas cum honore: Mandatum vestrum reverendissimum et reverendum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi. Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui fuerint) tam in speciali quam in genere, qui contra electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere seu opponere voluerint, per publicationem istius vestri mandati publice, alta et intelligibili voce ad portam exteriorem Chori Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, necnon affixionem eiusdem mandati in valvis exterioribus Chori eiusdem Ecclesie Cathedralis die Martis duodecimo viz. die presentis mensis Augusti Anno domini millesimo sexcentesimo sexto iam currente inter divinorum solemnia dum maior in eadem ecclesia ad divina audienda adstat populi multitudo, et ibidem aliquamdiu dimissi peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis Reverendissimo et Reverendis patribus Commissariis antedictis in Capella infra Manerium vestrum Archiepiscopale Cantuar apud Lambehith in Comitatu Surrie die Lune viz. decimo octavo die presentis mensis Augusti inter horas octavam et nonam ante meridiem eiusdem diei, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit, et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt: Et preterea eisdem oppositoribus omnibus et singulis (sic ut prefertur) citatis eisdem die et loco publice intimavi, quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que imperata sunt fecerint sive non, vos nihilominus in negotio Confirmationis electionis retroscripte iuxta iuris et statutorum in ea parte editorum exigentiam procedetis ac procedere intenditis, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Et sic huiusmodi vestrum mandatum quantum in me fuit humiliter sum executus. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri Decani Decanatus peculiaris iurisdictionis de Arcubus London presentibus apponi procuravi; Et nos Decanus antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat decimo quarto die mensis Augusti predicti Anno domini millesimo sexcentesimo sexto / . /

Prima Schedula

In dei nomine Amen, Nos Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, auctoritate parliamenti Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus excellentissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. venerabilibus Confratribus nostris dominis Richardo London, Johanni Bristolien, Willelmo Roffen et Lanceloto Cicestren respective Episcopis (cum hac clausula, quatinus vos seu tres vestrum, quorum vos prefatum Archiepiscopum Cantuar predict unum esse volumus) ad infrascripta sufficienter et legitime fulciti, in negotio Confirmationis electionis de persona reverendi in Christo patris domini Tobie Matthew providentia divina Dunelmensis Episcopi in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis et Metropolitice beati Petri Eboracensis electi, facte et celebrate, rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere seu opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam in debita iuris forma dicturos excepturos et opposituros, alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos

et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam electi huiusmodi aliquid dicentes excipientes seu opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathedralis et Metropolitice Sancti Petri Eboracensis predicte, ac de et cum assensu et consensu dominorum venerabilium Confratrum nostrorum dominorum Richardi London, Johannis Bristollien, Willelmi Roffen et Lanceloti Cicestren respective Episcoporum Collegarum nostrorum nobiscum assidentium et assistentium pronunciamus contumaces, ipsosque et eorum cuilibet in poenam contumaciarum suarum huiusmodi, viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem et personam sic electam precludimus, in hiis scriptis, et etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Iuris et Statutorum huius regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante: R: Cant, Ric: London, Jo: Bristol, W: Roffen-
L: Cicestren: / R. /

In dei nomine Amen,

coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano necnon Reverendis in Christo patribus dominis Richardo London, Johanni Bristollien, Willelmo Roffen et Lancceloto Cicestren respective Episcopis, ad infrascripta authoritate Parliamenti huius inclyti regni Angliae (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c vobis in hac parte directis) ad infrascripta rite et legitime fulcitis: Pars procuratoris venerabilium virorum Decani et Capituli ecclie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis dicit allegat et in hiis scriptis in iure proponit articulatim prout sequitur. / R. /

Summaria petitio

Inprimis, viz. quod Ecclesia Archiepiscopalis Eboracensis per mortem Reverendissimi in Christo patris domini Matthei Hutton ultimi Archiepiscopi eiusdem nuper vacare cepit, et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio caruit, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet. / 1

Item quod dicta sede Archiepiscopali Eboracensi (ut premittitur) dudum vacante, Decanus et Capitulum antedicti in domo eorum Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem Ecclie Cathedralis et Metropolitice Eboracensis predicte, ad electionem novi et futuri Archiepiscopi Eboracensis celebrandam, unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente seu reclamante prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclie Cathedralis et Metropolitice Eboracensis Canonicos et prebendarios suos presentes aut absentes in eadem electione ius habentes seu habere pretendentes, ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra. / 2

Item quod prefati Decanus et Capitulum die et loco predictis, viz. vicesimo sexto die mensis Julii Anno domini millesimo sexcentesimo sexto, iam tunc Capitulariter congregati et Capitulum facientes, servatis primitus servandis de Iure et statutis huius regni Angliae in hac parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in Archiepiscopum eiusdem ecclie Metropolitice eligendo, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente seu reclamante Reverendum in Christo patrem dominum Tobiam Mathew nuper Dunelmen Episcopum in eorum et dicte ecclie Metropolitice Eboracensis Archiepiscopum et pastorem elegerunt, et ecclie memorate de eodem providerunt, Et ponit ut supra. / R. / 3

4 Item quod tam electio huiusmodi quam persona electa die praenominato in ecclesia Cathedrali et
Metropolitica Eboracensi coram clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis
publicatae et declaratae fuerunt. Et ponit ut supra.

5 Item quod dictus Reverendus pater dominus Tobias Mathew, in Archiepiscopum Eboracensem (ut
praefertur) electus huiusmodi electioni de se et persona sua factae et celebratae ad humilem pe-
titionem partis eorundem Decani et Capituli Eboracensis debitis loco et tempore consensit.
Et ponit ut supra.

6 Item quod memoratus electus fuit et est vir providus et discretus, literarum scientia,
vita et moribus merito commendatus, libero et de legitimo matrimonio procreatus, atque in
aetate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus, et ecclesiae memoratae
apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter
et famosum. Et ponit ut supra.

7 Item quod praefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam domino
Serenissimo domino nostro Regi Jacobo, per literas suas patentes sigillo eorum communi robora-
tas pro officii sui debito iuxta statutum huius regni Angliae in ea parte edit' et provis'
significarunt et intimarunt, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum
pariter et famosum. Et ponit ut supra.

8 Item quod praesentato pro parte dictorum Decani et Capituli eidem domino nostro Regi pro-
cessu electionis huiusmodi: Idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia regia ipsi
electioni consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit, illamque ratam et gratam
habuit et habet, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et
famosum. Et ponit ut supra.

9 Item quod praefatus dominus noster Rex vobis antedicto Reverendissimo patri domino Ricardo Archi-
episcopo Cantuariensi, ac Reverendis patribus Richardo London, Johanni Bristoliensi, Willelmo
Roffensi et Lancelloto Cicestrensi respective Episcopis se consensum et assensum suos regios
eidem electioni adhibuisse, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum
significavit et intimavit, verum etiam vigore earundem literarum suarum patentium serio vobis
rogando mandavit, quatenus vos electionem praedictam et eundem electum confirmare, ce-
teraque peragere quae vestro in hac parte incumbunt officio iuxta formam statutorum in ea
parte editorum et provisorum, ac literarum regiarum patentium huiusmodi tenorem, velitis cum favore,
Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

10 Item quod praemissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pa-
riter et famosa, atque de et super eisdem laborarunt et in praesenti laborant publica
vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert se pars
dictorum Decani et Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oppor-
tunis, Petit pars eadem praefatam electionem et personam electam confirmandam fore decer-
ni et eum effectualiter confirmari iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam, nec-
non et literarum patentium regiarum huiusmodi vobis in hac parte directarum tenorem, curamque regiminis
et administrationis spiritualium dicti Archiepiscopatus Eboracensis eidem domino electo committi, ipsumque
in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus Eboracensis iuriumque honorum
dignitatum privilegiorum commoditatum et pertinentiarum suorum universorum inducendum esse et inthroniz-
andum fore decerni, ulteriusque fieri et statui in praemissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris
fuerit et rationis, supplendo defectus quoscumque in huiusmodi negotio intervenientes (si qui forsan) in
eodem

in eadem intervenientibus, Que proponit et fieri petit pars dominorum decani et Capituli ecclesie et dicit, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probacionis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, juris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium domine Judex antedicte humiliter implorando.

Procuratorium ad petendum electionem confirmari

Pateat universis per presentes, Quod nos Johannes providencia divina Bristoliensis Episcopus decanus ecclesie Cathedralis et metropoliticae beati Petri Eborum, et Capitulum eiusdem ecclesie dilectos nostros dominum Johannem Bennet militem legum doctorem Archiepiscopatus Eborum vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem, dominum Richardum Swale militem legum etiam doctorem Canonicos dicte ecclesie Cathedralis et metropoliticae beati Petri Eborum et prebendarios prebendarum de Langtofte et Southnewbald in eadem, Johannem King sacre theologie professorem Archidiaconum Nottingham in dicta ecclesia Eborum, Theophilum Aylmer sacre theologie professorem et Willelmum Wilkinson legum doctorem Canonicos etiam dicte ecclesie et prebendarios prebendarum respective de Botevant et Fridaythorp in eadem ecclesia, et Mathew Dodsworth in legibus baccalaureum dicti vicarii in spiritualibus generalis et officialis principalis substitutum sive surrogatum coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis sive prioris, sed quod unus eorum inceperit, id eorum quilibet libere per se prosequi valeat, mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negociorumque nostrorum gestores ac nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula expedienda nominamus, ordinamus facimus et constituimus per presentes, Damusque pariter et concedimus tenore presentium eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut premittitur) per se divisim et insolidum potestatem generalem ac tam generale quam speciale mandatum pro nobis ac vice loco et nominibus nostris, electionem nostram de persona Reverendi in Christo patris et domini domini Tobie providencia divina Dunelmensis Episcopi vigore et auctoritate literarum regiarum patentium seu brevis regii de Conge deslier, magno sigillo huius regni sui Anglie sigillat' nobis direct' et penes nos remanen' in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis et beati Petri Eborum Archiepiscopum et pastorem per nos unanimiter et concorditer factam et celebratam, literasque testimoniales seu certificatorias de et super huiusmodi electione seu electionis negotio factas sigillo nostro communi sigillatas Serenissimo in Christo principi et domino nostro domino Jacobo dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regi fidei defensori etc. cum omnibus honore reverentia obedientia et subiectione tanto metuendissimo principi debitis exhibend' ostendend' presentand' et exhibend', regiumque eius assensum et consensum eidem electioni adhiberi humillime petend' requirend' supplicand' et obtinend', eandemque electionem nostram sic (ut premittitur) factam et celebratam in debita iuris forma ratificari approbari et ad omnem juris effectum confirmari petend' etiam requirend' et obtinend', ac confirmacionem eiusdem electionis in debita et per omnia iuris natura et qualitatibus eiusdem usque ad finalem eius expedicionem inclusive debite prosequend' procurand' et terminand'. Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco eorum seu loco eorum alicuius substituend' surrogand' et deputand' ac substitutum huiusmodi revocand', et onus procuratorii in se et eorum quemlibet reassumend'. Et generaliter omnia et singula alia faciend' exercend' expediend' et expediend' que in premissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum exigant magis speciale quam superius est expressum. Ratum gratum et firmum perpetuo habentes et habituri totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis seu premissorum aliquo, et cautionem in ea parte exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune seu Capitulare presentibus est appensum. Dat' Eborum in domo nostra meo Capitulari vicesimo sexto die mensis Julii Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto

Cert[ificatorium] Decani et Capituli Ecclesie Ebor[acensis]

Reverendo in Christo patri et domino domino Tobie providentia divina Dunelmensi Episcopo: Vestri humiles Johannes providentia divina Bristoliensis Episcopus, Decanus Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eborum et Capitulum eiusdem Ecclesiae, obedientiam et reverentiam et [illegible] tanto reverendo patri debitas. Literas patentes seu breve serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. de Conge d'eslire pro electione novi Archiepiscopi et Pastoris dictae Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eborum per mortem naturalem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Matthei Hutton ultimi Archiepiscopi ibidem pastoris solatio modo destitutae sigillo magno huius regni sui Angliae sigillatas, nobis directas et pro nobis dimissas et [illegible] cum ea reverentia obedientia et subiectione debitis nuper recepimus, ac deinde vigore dictarum regiarum literarum patentium seu brevis regii predictorum diem Sabbati vicesimo sexto die mensis Julii instantis pro electione futuri Archiepiscopi Eborum celebranda per nos Capitulariter statuto et assignato citatisque omnibus et singulis Canonicis et Canonicis residentiariis dictae Ecclesiae absentibus, necnon omnibus et singulis aliis ius aut vocem in huiusmodi electione habentibus seu habere pretendentibus iuxta laudabilem dictae Ecclesiae consuetudinem ad interessendum huiusmodi electioni; Nos antedicti Decanus et Capitulum post preces matutinas in eadem Ecclesia finitas, Hymnoque de Spiritu Sancto solemniter decantato, in domo nostra Capitulari dictae Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eborum prefato vicesimo sexto die mensis Julii instantis, hora Capitulari ibidem consueta Capitulariter congregati et Capitulum facientes, ac in eadem electione, seu in huiusmodi electionis negotio rite et legitime procedentes (citatisque erga eosdem diem horam et locum et non comparentibus pro contumacibus pronunciatis, observatisque omnibus et singulis aliis de iure in ea parte observandis) Paternitatem vestram reverendam in [illegible] et [illegible] dictae Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eborum Archiepiscopum et Pastorem unanimiter elegimus, ac eandem nostram electionem regiae suae sublimitati (prout decet et tenemur) significavimus et notam fecimus: Vestram igitur paternitatem reverendam obnixe rogamus quatenus huiusmodi electioni nostrae de persona vestra (ut premittitur) factae et celebratae consentire, ac consensum et assensum vestros eidem prebere dignaretur: In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune quo Capitulariter utimur presentibus est appensum. Dat[um] in dicta domo nostra Capitulari vicesimo sexto die mensis Julii Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto, et regni felicissimi domini nostri Regis Angliae Franciae et Hiberniae quarto, et Scotiae tricesimo nono.

Instrumentum consensus

In Dei nomine Amen per presentis publici Instrumenti seriem cunctis appareat evidenter et sit notum: Quod die Lune [illegible] die mensis Augusti Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto, regnique Illustrissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc., scilicet Angliae Franciae et Hiberniae quarto et Scotiae Quadragesimo, in quadam alta Camera infra domum Mansionalem Episcopalem Dunelmensem communiter vocatam Durham House infra parochiam Sancti Martini in Campis in Comitatu Middlesex situatam, in mei Johannis Drake notarii publici ac testium inferius nominatorum presentia, Constitutus personaliter providus et discretus vir magister Mattheus Dodsworth in legibus baccalaureus exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eborum sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera [illegible] sigillatum, ac inter alios [illegible] et [illegible] fecit et fecit se partem pro eisdem, Ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit Reverendo in Christo patri domino Tobie Dunelmensi Episcopo tunc et ibidem personaliter presenti, literas quasdam testimoniales sive Certificatorias sigillo communi eorundem Decani et

Capituli (ut apparuit) ac sub cera flava etiam sigillatas de et super electione domini Reverendi patris in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis predicte facta et celebrata, eundemque Reverendum patrem instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut prefertur) facte et celebrate consentire, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur: Qui quidem Reverendus pater dominus Electus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens deo Illustrissimo domino nostro Regi, qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignatus est; Deinde eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt licet tanto munere indignum iudicarent: Tamen ne ipse divine voluntati et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur, Cum paratus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit, ad illustrandam nominis sui gloriam et salutem [illegible] procurandam, Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat et consensum et assensum suos prebuit in scriptis per eum tunc lectis tenorem sequentem de verbo in verbum in se complectentibus: In Dei nomine Amen, Ego Tobias providentia divina dudum Dunelmensis Episcopus in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracensis, per venerabiles viros Decanum et Capitulum eiusdem Ecclesie rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem dictorum venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesie predicte sub eorum sigillo communi seu Capitulari instanter rogatus et requisitus, nullo modo proprio merito sed sola dei clementia fretus, Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate, ad honorem dei Omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis: Super quibus omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater dominus Electus quam prefatus magister Mattheus Dodsworthe procurator antedictus, me notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere, instanter rogarunt et requisiverunt: Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno Domini regnique regie Maiestatis mense die et loco predictis: presentibus tunc et ibidem venerabili viro domino Johanne Bennett milite, Johanne Cradocke in artibus magistro Archidiacono Northumbrie, Henrico Thurscrosse et Thoma Bell artium magistris, Johanne Marsshe clerico, ac Roberto Hall et Willelmo Turbatt notariis publicis testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis.

Et ego Johannes Drake Bristoliensis diocesis notarius publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno Domini regnique regie Maiestatis, mense die et loco predictis agebantur et fiebant, una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sub modo et forma premissis fieri agi et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, et in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, et hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.

Per me Johannem Drake notarium publicum antedictum.

Scda schedula

In dei nomine Amen, Nos Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, authoritate Parliamenti Anglie (mediantibus lris Commissionalibus patentibus Excellentissimi in xpo Principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensor etc prefatis venerabilibus Confratribus nris dnis Richardo London, Joh̄i Bristollen, Willmo Roffen et Launceloto Cicestren respective Epis (cum hac clausula quatenus vos seu tres vrum quorum vos prefatum Archiepum Cantuar unum esse volumus) ad infrascripta sufficienter et ltime fulciti, in negotio Confirmacionis electionis de persona Reverendi in xpo pris dni Tobie Mathewe providentia divina Dunelmen Epi in Archiepum et pastorem Ecclie Cathlis et Metropoliticę beati Petri Eboracen electi facte et celebrate rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam in debita Juris forma dicturos excepturos et oppositoros, ltes ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos, diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam quicquid aliquid dicere excipere vel opponere curantes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli dicte Ecclie Cathlis et Metropolitice beati Petri Eboracen predicte, ac de et cum consensu et assensu dictorum venerabilium Confratrum nrorum dnorum Richi London, Johis Bristollen, Willmi Roffen et Launceloti Cicestren respective Epiorum Collegarum nrorum nobiscum assidentium et assistentium pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive sive finalis decreti in hac causa (ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante). R: Cant, Ric: London, Jo: Bristol, W: Roffen, L: Cicestren. ss/

Juramentum

I Tobias Mathew by Gods providence Bishop of Durham Elected Archbishop of the See of York, do testifie and declare in my conscience that the Kinge highnes is the only supreme governor of this Realme, and of all other his highnes Dominions and Countries aswell in all Spirituall or Ecclesiasticall thinges or causes as temporall; And that no forraine Prince Person, Prelate State or Potentate hath or ought to have any Jurisdiccon power superioritie preheminence or authoritie Ecclesiasticall or Spirituall within this Realme, And therefore I do utterly renounce and forsake all forraine Jurisdiccons powers superiorities and authorities, and do promise that from hencforth I shall beare faith and true allegiance to the Kinge highnes his heires and lawfull successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdiccons, priviledges, preheminences and authorities graunted or belonginge to the Kinge highnes his heires and successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, so helpe me God and the contents of this booke. Tobie Duresm Elect of York. ss/

Sna

In Dei nomine Amen, Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Richardum providentia divina Cantuar Archiepum totius Anglie Primatem et Metropolitanum authoritate Parliamenti Anglie mediantibus lris Commissionalibus patentibus Excellentissimi in xpo Principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc prefatis venerabilibus Confratribus

nris

nis Dnis Ricardo London, Johanne Bristollen, Willelmo Roffen et Launceloto Cicestren respective Epis (cum hac clausula quatenus vos seu tres vestrum quorum vos prefatum Archiepum Cantuar predict semper esse volumus) ad infrascripta sufficienter et legitime fulcitis, meritis et circumstantijs negotij Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Tobie Mathew providentia divina Dunelmen Epi in Archiepum et pastorem Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracen per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Matthei Hutton ultimi Archiepi ibidem sedis iam vacantis, electi seu et celebrate, quod negotium coram nobis aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, rite legitimeque procedentibus per nos et dictos Confratres nostros dominos Ricardum London, Johannem Bristollien, Willelmum Roffen et Launcelotum Cicestren coepiscopos Collegas nostros coram nobis in dicto Confirmationis negotio exhibito et facto rite diligenter recensito, servatisque per nos de jure et statutis huius regni Angliae servandis ad nostram sententiam diffinitivam sive decretum finale in huiusmodi negotio Confirmationis ferendam, de et cum consensu et assensu eorundem Confratrum nostrorum produximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, inactitata, exhibita, deducta, allegata, proposita et probata coram nobis et Collegis nostris predictis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem ipsam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracen predict de prefato Reverendo patre domino Tobia Mathewe Epo Dunelmen electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de sacris institutis obviasse seu obviare quominus in Archiepum Eboracen auctoritate dicti Excellentissimi Dni nri Regis merito debeat confirmari: Idcirco nos Richardus Archiepus Cantuar antedictus attentis premissis et alijs virtutum meritis, super quibus Reverendus pater dominus electus fidedigno commendatur testimonio (Christi nomine primitus invocato) ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes, de et cum consilio jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, ac de et cum consensu et assensu Collegarum nostrorum predictorum una nobiscum (ut prefertur) assidentium et assentientium electionem predictam de persona prefati Reverendi patris factam et celebratam, auctoritate dicti Dni nri Regis nobis et Collegis nostris predictis (ut prefertur) commissa, confirmamus, defectus quoscunque in dicto negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus supplentes et supplemus; curam, regimen et administrationem spiritualium dicti Archiepatus Eboracen eidem Reverendo domino electo et confirmato committimus, Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Eboracen iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et installandum fore per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracen predict seu eorum vicepresidentem vel deputatum aut Archiium Eboracensem vel quemcunque alium ad quem de more antiquo et laudabili consuetudine ipsius Ecclesie huiusmodi inductio et installatio pertinere dinoscuntur, iuxta morem et consuetudinem Ecclesie predicte (legibus et statutis huius regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive decretum nostrum finale, quam sive quod de et cum consensu et assensu Collegarum nostrorum predictorum ferimus et promulgamus in hijs scriptis / R. Cant, Ric London, Jo: Bristoll, Will Roffens, L. Cicestren /

Lecta fuit hmoi Snia per supranominatum Reverendissimum patrem dominum Cantuar Archiepum de consensu Collegarum suorum secum assidentibus, in Capella infra manerium eiusdem Reverendissimi patris apud Lambehith Winton Dioc die vicesimo octavo die mensis Augusti Anno Dni 1606, presentibus testibus in actu Confirmationis precedentibus descriptis.

Mandatum ad inthronizandum

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus, Richardus London, Johannes Bristollen, Willelmus Roffen et Lancelotus Cicestren respective Episcopi, auctoritate parliamenti Angliae mediantibus literis commissionalibus patentibus Excellentissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. ad infrascripta sufficienter et legitime fulciti: Venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracen seu eorum [illegible] deputato, aut Archidiacono Eboracen, vel alii cuicumque ad quem de more antiquo et laudabili consuetudine in hac parte [illegible] pertinere dinoscitur, salutem. Cum vacante nuper sede Archiepiscopali Eboracen per mortem Reverendi in Christo patris domini Matthei Hutton ultimi Archiepiscopi ibidem, Decanus et Capitulum ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae beati Petri Eboracen (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo patrem dominum Tobiam Mathew nuper Dunelmensem Episcopum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis et Metropolitice beati Petri Eboracen Archiepiscopum et pastorem elegerunt; Nosque auctoritate literarum commissionalium patentium dicti Excellentissimi domini nostri Regis nobis in hac parte directarum electionem predictam de persona dicti Reverendi patris (ut premittitur) factam et celebratam et personam sic electam (servatis de Jure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis) confirmaverimus, eidemque Reverendo patri sic electo et confirmato curam regimen et administrationem spiritualium dicti Archiepiscopatus Eboracen commiserimus, ipsumque Reverendum patrem seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus Eboracen, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decreverimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim et cuilibet ad quem huiusmodi premissorum pertinet, ad inducendum prenominatum Reverendum patrem seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Archiepiscopatus Eboracen, Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum, et pertinentium suorum universorum, eundemque Reverendum patrem seu procuratorem suum legitimum eius nomine cum plenitudine Juris Archiepiscopalis installandum et inthronizandum, ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita, vices nostras quantum in nobis est committimus et plenam tenore presentium concedimus potestatem: Rogantes ut totum id quod in premissis feceritis aut fecerit aliquis (dicto inductionis et inthronizationis negotio expedito) nobis pro loco et tempore congruis et oportunis cum ad id fuerit requisitus debite significetis seu sic certificet alteruter vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus: In cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte ad presens utimur presentibus apponi fecimus. Dat. decimo octavo die mensis Augusti Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto.

Litere testimoniales Confirmationis

Universis et singulis Christi fidelibus ad quos presentes litere testimoniales pervenerint, seu eos presens publicum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, Richardus providentia divina Cantuarien Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus, Richardus London, Johannes Bristollen, Willelmus Roffen, et Lancelotus Cicestren respective Episcopi, auctoritate parliamenti huius inclyti regni Angliae mediantibus literis commissionalibus patentibus illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. nobis in hac parte directis commissarii legitime deputati salutem in Domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere: Ad universitatis vestrae notitiam deducimus et deduci volumus per presentes, Quod Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto, Regnique dicti illustrissimi in Christo principis et domini nostri Jacobi Dei gratia Angliae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. Quarto, et Scotiae Quadragesimo, mense

[illegible]

mensis Augusti die decimo octavo, in Capella infra manerium pre prefati Reverendissimi Cant
Archiepi apud Lambehith, in Comitatu Surr [illegible] nos Ricardus Cantuar Archiepus
Ricardus London, Johes Bristolien, Willimus Cestren, et Lancelotus Cicestren, respective Episcopi
antedicti Judicialiter et pro Tribunali sedentes, in quadam causa sive negotio Confirmationis
electionis de persona Reverendi patris dni Tobie Mathewe Dunelmensis Epi in Archiepum
et Pastorem Ecclie Cathis et Metropolitice beati Petri Eborum fact et celebrat coram nobis
aliquamdiu vertebatur et pendebat indecisa rite et legitime procedentes, post maturam et di-
ligentem dce cause cognitionem, ceterisque in hac parte requisitis examinationem servat-
tis per nos de Jure in hac parte servandis, sententiam diffinitivam sive finale decretum in
dicto Confirmationis negotio ad petitionem procuratoris Decani et Capituli dicte Ecclie Cathis et
Metropolitice beati Petri Eborum predict in pntia dci dni Electi legitime tulimus
et promulgavimus sub eo qui sequitur verborum tenore viz. In Dei nomine Amen
Definitivis etc ut in libro scriptis: In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testi-
monium has literas nostras testimoniales seu presentes sententiam sive decreti Confirma-
tionis predicte in se continentes inde fieri, ac sigillo (quo in similibus utimur) Episcopali
iussimus et fecimus communiri. Dat decimo octavo die mensis Augusti Anno Dni
millesimo sexcentesimo sexto.

Acta habita et facta in negotio Confirmationis electionis facte de persona Reverendi in Christo patris dni Thome Ravys Glouncestren Epi in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sancti Pauli London electi

London

London

die Lune decimo octavo viz die mensis Maij Anno Dni millesimo sexcentesimo septimo Regnique Serenissimi in Christo principis et dni nri dni Jacobi Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc Quinto, et Scotie Quadragesimo. In Ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London Ecclie Christi Cantuar Jurisdictionis immediate inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili et egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Vicario in Christo patris et dni dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali, et Officiali principali, necnon Commissario inter alios ad infrascripta [illegible] et [illegible] sufficienter et legitime deputato et constituto, In presentia mei Johis Coston notarii publici etc.

Actus confirmationis

Dictis die et loco atque inter horas

predictas, presentatis coram prefato venerabili et egregio viro Dno Edwardo Stanhope milite legum doctore Vicario etc ac Commissario etc, judicialiter et pro Tribunali sedente, literis patentibus Regiis de assensu suo regio prenominato Reverendo patri directis, necnon literis Commissionalibus dci Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis [illegible] et [illegible] in hac parte factis, ac per me prefatum Johem Coston de mandato dci dni Edwardi Stanhope publice lectis, Idem dnus Edwardus Stanhope ob honorem et reverentiam dicti dni nri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium, et decrevit procedendum fore iuxta tenorem formam et effectum earundem: Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Thomas Blod notarius publicus, almeque Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis sancti Pauli London predict, sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatum et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratoris eorundem Decani et Capituli presentavit eidem dno Edwardo Stanhope Vicario in spiritualibus generali et Commissario etc Reverendum in Christo patrem dnum Thomam Ravys Glouncestren Epum in Epum et Pastorem Ecclie Cathis sancti Pauli London predict electum

et ipsum e regione confirmantis sistebat. Et tunc dictus magister Thomas Ales exhibuit
mandatum citatorium originale ad citandum oppositores in hoc negotio emanatum una cum
certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit dictos omnes et singulos oppo-
sitores huiusmodi preconizari. Quibus tunc et iterum trina vice publice preconizatis et
nullo modo comparentibus ut apparebat magister Thomas Ales procurator antedictus
accusavit contumacias eorundem omnium et singulorum sic (ut premittitur) ad hos diem
horam et locum citatorum et intimatorum etc. ac modo predicto preconizatorum diuque et sufficien-
ter expectatorum, et nullo modo comparentium seu aliquid in hac parte dicere, exci-
piendi vel opponere curantium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces. Et
ad cuius petitionem prefatus dominus Edwardus Stanley pronunciavit eos omnes et
singulos sic citatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparentes, nec ali-
quid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces, et in penam
contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem,
formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit,
necnon ad ulteriora in predicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit, eorum
sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante,
prout in schedula per eum lecta plenius continetur. Quibus sic gestis prefatus
magister Thomas Ales procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem
citatorum et non comparentium, dedit summariam petitionem in scriptis quam
petiit admitti etc., qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Cocton
de mandato dicti domini Edwardi Stanley publice lecta, statim dictus Edwardus
Stanley admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda,
et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit dicto magistro
Ales terminum ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim. Et
tunc dictus magister Ales in subsidium probationis contentorum in dicta summaria
petitione exhibuit processum electionis de persona dicti Reverendi patris in Episcopum
et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London' per decanum et capitulum eius-
dem Ecclesie habitum et factum sub forma autentici instrumenti conscriptum, ac
literas certificatorias super eadem electione facta eidem Reverendo patri directas
sigillo communi eorundem decani et capituli (ut apparuit) sigillatas, et exhibuit
instrumentum publicum super consensu dicti Reverendi patris eidem electioni adhi-
bito, et etiam exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius men-
cionatas magno sigillo Anglie sigillatas, et allegavit omnia et singula contenta
in dictis exhibitis exhibitis fuisse et esse vera, atque habita et facta prout in eis-
dem continentur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale
decretum in hac causa. Ad cuius petitionem prefatus dominus Edwardus Stanley
ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa; Ad cuius petitionem
prefatus dominus Edwardus Stanley assignavit ad audiendum sententiam ad statim.
Consequenter facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum
oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparentium, nec
aliquid in hac parte opponere curantium, dictus dominus Edwardus Stanley ad peti-
tionem dicti magistri Ales ut supra accusantis eorum contumacias etc. pronunciavit eos
et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad peti-
tionem eiusdem magistri Ales decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffini-
tive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis eorum sic citatorum et non compa-
rentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula
per eundem dominum Edwardum Stanley lecta continetur. Quibus expeditis prestito
iuramento per prefatum Reverendum patrem dominum Electum ad sancta dei Evange-
lia per eum corporaliter tacta et deosculata, tam de fidelitate obedientia et sub-
iectione prenominato domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestanda, ac
de renunciando cuicumque forinsice potestati etc. iuxta formam statuti in ea parte edi-
ti etc., necnon de obedientia tam prenominato Reverendissimo patri domino Archiepiscopo
Cantuariensi et successoribus suis etc. quam de simonia non commissa sive per obreptione pro
sui preconizatione sive acquisitione Episcopatus London' antedicti, sententia pro-
da

ea parte edit etc, Prenominatus dnus Edwardus Stanhope ad petitionem prefati magri Iles legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam seu finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis conceptam, pronunciando decernendo, declarando, confirmando, ceteraque faciendo prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis tam dnus dictus Electus, quam memoratus magr Thomas Iles procurator decani et Capituli predict michi notario publico antedicto sibi unum vel plura, publicum seu publica Instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt, Postremo vero dnus dnus Edwardus Stanhope ad petitionem tam dni dni Electi, quam memorati magri Iles procuratoris decani et Capituli predict, decrevit has literas testiales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supraspecificatis gestis et expeditis fieri et liberari: presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Francisco James et Thoma Edwards legum respective doctoribus, Teige sacre theologie professore, Martino Middleton, Johe Childersly sacre theologie professore, Nicholao Kempe et Georgio Pauli Armigeris Edwardo Burton in legibus baccalaureo, Wright, Richardo et Christofero Tapster in artibus magris, Edwardo Tyre, Conrado de Willoes, Jacobo Hooland, Roberto Christian, Henrico Ironmonger, Georgio Cole, Thoma Pett, Jacobo Clent, Johe Drake et Roberto Kempe notariis publicis, ac Johe Hardcastle et Richardo Higgenbottom cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus etc. Tenores vero dictarum literarum patentium regie Maiestatis quarum etiam tenores prout in dicto confirmationis negotio exhibit et fiunt ac superius mentionat sequuntur et sunt tales vizt

Jacobus Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc, Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et fideli Consiliario nro Dno Richardo Cantuar Archiepo, ac aliis quibuscumque Epis suorum in hac parte interest, Cum Ecclia nuper sede Epali London per mortem naturalem ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad humilem petitionem Decani et Capituli dicte Ecclie Cathis Sancti Pauli London, per literas nras patentes Licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Epum et pastorem sedis predce, Jidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentie nre predce Reverendum in Xpo patrem Thomam Ravys Glocestren Epum sibi et Ecclie dicti Pauli predict elegerunt in Epum et pastorem prout per literas suas patentes sigillo eorum communi sigillat dat vicesimo nono die mensis Aprilis Anno Regni nri Anglie Francie et Hibernie Quinto, et Scotie Quadragesimo nobis inde directas plenius apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes, quatenus vos eundem Thomam Glocestren Epum in Epum et pastorem Ecclie Cathis Sci Pauli London predce sic (ut prefertur) elect, electionemque predcam per translationem confirmare, ceteraque omnia et singula facere et exequi que in et circa premissa necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna secundum statuti inde in ea parte editi et provisi stabilitorum favore et effectu. In cuius rei Testimonium has literas nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmr Duodecimo die Maii Anno regni nri Anglie Francie et Hibernie Quinto, et Scotie Quadragesimo, per bre de privato sigillo, etc, Bruce, Ch:

Lre patentes regie

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Dilectis nobis in Xpo venerabilibus et egregiis viris Edwardo Stanhope militi legum doctori vicario nro in spualibus generali et Officiali principali Willmo Ferrand, et Johanni Amye legum respective doctoribus salutem et gratiam: Cum literas patentes Excellentissimi in Xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gra Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc sigillo suo magno Anglie sigillat gerent dat apud Westmr duodecimo die mensis Maii Anno regni sui Anglie Francie et Hibernie Quinto, et Scotie Quadragesimo receperimus in quibus inter alia nobis preceptum est, ut Electionem Reverendi in Xpo patris dni Thome Ravys Glocestren Epi ad Epatum London

confirmaremus

Lre Commissionales Archiepi

et ipsum e regione confirmantis sedebat, Et tunc dictus magister Thomas Fles exhibuit mandatum citatorium originale contra oppositores in hoc negotio emanatum una cum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit eos omnes et singulos oppositores huiusmodi preconizari. Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus etc prefatus magister Thomas Fles procurator antedictus accusauit contumaciam eorum omnium et singulorum sic (ut prefertur) ad hos diem locum et horam citatorum et, ut premittitur, ac modo predicto preconizatorum diuque et sufficienter expectatorum, et nullo modo comparentium sive aliquid in hac parte dicere, excipere sive opponere curantium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces Ad cuius petitionem prefatus dominus Edwardus Stanhope pronunciauit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatos et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam voluerunt opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam sic electam eis et eorum cuilibet precludi, necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore decreuit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum lecta plenius continetur. Quibus sic gestis, prefatus magister Thomas Fles procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium, dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti etc, qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Coston de mandato dicti domini Edwardi Stanhope publice lecta, Idem dominus Edwardus Stanhope admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda, et decreuit procedendum fore summarie et de plano etc et assignauit dicto magistro Fles terminum ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim: Et tunc dictus magister Fles in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit processum electionis de persona dicti Reuerendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis sancti Pauli London per decanum et Capitulum eiusdem Ecclesie habitum et factum sub forma autentici Instrumenti conceptum, ac literas Certificatorias super eadem electione facta eidem Reuerendo patri directas sigillo communi eorundem decani et Capituli (ut apparuit) sigillatas, et exhibuit Instrumentum publicum super consensu dicti Reuerendi patris eidem electioni adhibito, et etiam exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mencionatas magno sigillo Anglie sigillatas, et allegauit omnia et singula contenta in dictis processibus exhibitis fuisse et esse, vera, atque habita et gesta prout in eisdem continentur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam siue finale decretum in hac causa, Ad cuius petitionem prefatus dominus Edwardus Stanhope ad audiendum sententiam siue finale decretum in hac causa; Ad cuius petitionem prefatus dominus Edwardus Stanhope assignauit ad audiendum sententiam ad statim.

Consequenter facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte opponere curantium, dictus dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Fles ut supra accusantis eorum contumacias etc pronunciauit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Fles decreuit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitiue in huiusmodi causa siue negotio confirmationis eorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante, prout in alia schedula per eundem dominum Edwardum Stanhope lecta continetur. Quibus expeditis, prestito Juramento per prefatum Reuerendum [illegible] dominum Electum ad sancta dei Euangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate obedientia et subiectione prenominate domine nostre Regine eiusque heredibus et successoribus prestanda ac de renunciando huiusmodi foraneis potestati etc iuxta formam statuti in ea parte editi et prouisi, necnon de obediendo prenominato Reuerendo patri domino Archiepiscopo Cantuariensi et successoribus suis etc quodque de Symonia non commisit siue per se vel per alium pro sui promotione siue acquisitione Episcopatus London [illegible], Venerabilis vir

da

ea parte edit etc. Prenominatus dnus Edwardus Stanhope ad petitionem prefati magri
Fles legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Con-
firmationis negotio in scriptis conceptam, pronunciando decernendo, declarando, confirmando,
ceteraque faciendo prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis tam
dictus dnus Electus, quam memoratus magr Thomas Fles procurator decani et Capituli
predicti me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura, publicum seu publica Instrumentum
sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter
respective rogarunt et requisiverunt: Postremo vero dnus dns Edwardus Stanhope
ad petitionem tam dci dni Electi, quam memorati magri Fles procuratoris decani et Ca-
pituli predict, decrevit eis literas testiales super omnibus et singulis premissis sub modo et
forma supra specificatis gestis et expeditis fieri et liberari: Presentibus tunc et ibidem vene-
rabilibus viris Francisco James et Thoma Edwardes legum respective doctoribus, [illegible]
sacre theologie professore [illegible] Middleton, Johe Childersly sacre theologie professore,
Nicholao Kempe et Georgio Paule Armigeris, Edwardo Burton in legibus baccalaureo,
[illegible], [illegible] et [illegible] Taylor in artibus mris, Edwardo Cary, Edwar-
do Willet, Jacobo Rowland, Roberto Christian, Henrico Ironmonger, Georgio Cole, Tho-
ma Peet, Jacobo Clint, Johe Drake et Roberto Kempe, notariis publicis, ac Johe Hurle-
batt et Richardo Higgeley cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus etc.
Tenores vero dictarum literarum patentium regie Maiestatis quam etiam totius processus in
dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt
tales vizt.

Jacobus Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor
etc. Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et fideli Consiliario nro dno Richardo
Cantuar Archiepo, ac aliis quibuscumque Epis quorum in hac parte interierit, Cum vacante
nuper sede Epali London per mortem naturalem ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad
humilem petitionem Decani et Capituli Eccli Cathis Sancti Pauli London, per literas
nras patentes Licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem sedis
predicte, Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentie nre predce Reve-
rendum in Xpo patrem Thomam Ravys Gloucestrie Epum sibi et Ecclie dive Pau-
li predict elegerunt in Epum et Pastorem prout per literas suas patentes sigillo eorum
communi sigillat dat vicesimo nono die mensis Aprilis Anno Regni nri Anglie
Francie et Hibernie Quinto, et Scotie Quadragesimo nobis inde directas plenius appa-
ret: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nrum assensum adhibuimus
pariter et favorem, et hoc vobis tenore presentium significamus: Rogantes ac in fide et di-
lectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes mandantes, quatenus vos eundem Thomam
Gloucestrie Epum in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Sci Pauli London predicte
sic (ut prefertur) elect, electionemque predcam per translationem confirmare, ceteraque
omnia et singula facere et peragere que in et circa premissa necessaria fuerint seu quo-
modolibet opportuna secundum statuti formam in eo casu editi et provisi, debitum cum favo-
re et effectu: In cuius rei testimonium has literas nras fieri fecimus patentes. Teste
me ipso apud Westmr duodecimo die Maii Anno regni nri Anglie Francie et Hi-
bernie Quinto, et Scotie Quadragesimo, per breve de privato sigillo etc. [illegible]

Lre patentes regie

Richardus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie
Primas et Metropolitanus: Dilectis nobis in Xpo venerabilibus et egregiis viris Ed-
wardo Stanhope militi legum doctori vicario nro in spualibus generali et Officiali princi-
pali, Willelmo Ferrand, et Johanni Amye legum respective Doctoribus salutem et gratiam: Cum
literas patentes Serenissimi in Xpo Principis et dni nri dni Jacobi Dei gra Anglie
Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc sigillo suo magno Anglie sigillat geren
dat apud Westmr duodecimo die mensis Maii Anno regni sui Anglie Francie et Hibernie
Quinto, et Scotie Quadragesimo recepimus in quibus inter alia nobis precipitur ut
electionem Reverendi in Xpo patris dni Thome Ravys Gloucestr Epi ad Epatum London
confirmaremus

Lre Commissionales

confirmacionis: Nos volentes cum ea qua decet reverentia mandato regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discuciendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona eiusdem Reverendi patris factam et celebratam, ipsamque electionem et personam electam secundum Juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati regii predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, vobis coniunctim et divisim constiterit rite et legitime approbandum et comprobandum, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum; ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras, ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar', ceterisque emolumentis nobis ac officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus: Dat' in manerio nostro de Lambehithe Decimo sexto die mensis Maii Anno domini millesimo sexcentesimo septimo, Et nostre Translationis Anno Tertio. / R /

Procuratorium /

Pateat universis per presentes, Quod nos Johannes Overall sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London', et eiusdem ecclesie Capitulum, Venerabiles viros Johannem Overall decanum antedictum, Thomam White et Thomam Montfort sacre theologie professores dicte ecclesie Cathedralis Canonicos Residentiarios, Johannem Hayward legum doctorem, Willimum Blackwell sedis Episcopalis London' Registrarium, necnon magistros Johannem Burrowghe, Thomam Fles, Henricum Ironmonger et Humphridum Lloyd notarios publicos almeque Curie Cantuar' de Arcubus London' procuratores generales coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum, Ita quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula, nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes: Damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et in solidum potestatem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice loco et nomine nostris coram Reverendo in Christo patre et domino Thoma Ravys permissione divina Gloucestrensi Episcopo in Episcopum et Pastorem dicte ecclesie Sancti Pauli London' predict' per nos canonice electo comparendum et interessendum, Literasque certificatorias sive decretum de et super electione huiusmodi per nos fact' et confect', sigilloque nostro communi sigillat', eidem Reverendo in Christo patri exhibendum et ostendendum; Ipsumque suppliciter et cum instantia quibus decet seu eorum alicui visum fuerit expedire, quod ipse electioni de se facte consentire et consensum suum expressum prebere dignetur rogandum et requirendum, electionemque sive certificatorium super electione huiusmodi predict' serenissimo domino nostro Jacobo Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi fidei defensori etc. significandum et intimandum, necnon negotium confirmationis electionis predicte coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Ricardo divina providentia Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano, eiusve vicario in spiritualibus generali et officiali principali sive Commissario quocunque in hac parte posse ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro prosequendum, ac confirmationem in ea parte petendum et obtinendum, provocandum et appellandum, et provocationes et appellationes huiusmodi notificandum et intimandum: Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendum, ac substitutum vel substitutos huiusmodi revocandum, procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumendum, quotiens et quando eis seu eorum alicui melius videbitur expedire: Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum posse ad finalem expeditionem negotii confirmationis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum: Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte cautionem exponimus per presentes: In cuius rei Testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus. Dat in domo nostra Capitulari [illegible] nono die mensis Aprilis Anno domini millesimo sexcentesimo septimo.

Citacio contra oppositores

Richardus providentia divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus: Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuarien' ubilibet constitutis salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Episcopali London' per obitum bone memorie domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi ibidem: Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis sancti Pauli London', pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint, et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes, Reverendum in Christo patrem ac Confratrem nostrum dominum Thomam Ravys sacre theologie professorem Gloucestren' Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis sancti Pauli London' predicte Episcopum et pastorem elegerint: Cuique Serenissimus in Christo princeps et dominus noster dominus Jacobus Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris domini Electi facte et celebrate, Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit: Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas patentes regias ad quas nos habeatur relatio plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum infrascriptos monendum et citandum fore decrevimus iustitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London' nostre et ecclesie nostre Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuarien' Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conspicuo infra eandem ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, vel Commissariis nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem ecclesia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London' die Lune decimo octavo presentis mensis Maii inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat in ea parte fiendis) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte, et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt: Intimantes preterea modo et forma prescriptis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, alioquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissariis predictis comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta Juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus, ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet ac iustitiam ministrabit Vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis principalis vel Commissarii predicti ipsorum sic citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus. Dat decimo quinto die mensis Maii Anno domini millesimo sexcentesimo septimo, Et nostre Translationis Anno tertio.

Cer eiusdem. **Reverendissimo in xpo pri et Dno**
Dno Richardo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, eiusve Vicario in spualibus generali et Officiali principali, aut Commissario vestro in hac parte specialiter deputato, Vester humilis et devotus Richardus [illegible] locatus pro ad infrascripta exequend mandatarius ltime deputatus omnimodam reverentiam et obedientiam debitas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend, Cuius vigore peremptorie et ausque omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra electionem dictam formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint, tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscript et ibm aliquandiu dimissi, quam per publicationem eiusdem in eadem Ecclia paroch: disponendis Decimo quinto post diem mensis instantis Maij Anno Dni millesimo sexcentesimo septimo peremptorie citavi: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content et specificat, contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dicturi excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus eiusdem vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt. Et preterea dictis die et loco antedictis oppositoribus sic (ut premittitur) citatis intimavi: Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, et quid [illegible] fuerint sive non, vos nihilominus aut vicarius vester in spualibus generalis vel Commissarius predict in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris exigentiam procedetis seu procedet, ac iustitiam ministrabitis seu ministrabit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego mandatum antedictum mandatum vestrum Reverendissimum huiusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum executus: In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri Dni Archini Middlesex presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat decimo sexto die mensis Maij Anno Dni millesimo sexcentesimo septimo predict.

Prima Sedula **In dei nomine Amen**, Nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spualibus generalis et Officialis principalis nec non Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et ltime deputatus et constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo patris Dni Thome Ravys permissione divina Gloucestren Episcopi in Episcopum et Pastorem ecclie Cathedralis Sancti Pauli London electi facte et celebrate, rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, rite et ltime et peremptorie citat, sepius publice preconizat, diuque et sufficienter expectat et nullo modo comparent, ad petitionem partis Decani et Capituli Ecclie Cathedralis Sancti Pauli London predict pronuntiamus contumaces, et ipsos ac eorum quemlibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam precludimus in his scriptis. Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Decimo octavo die Maij 1607
Edw: Stanhope

Summaria petitio. **In dei nomine Amen**, Coram vobis Reverendissimo in xpo patre et Dno Domino Richardo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie (mediantibus
Lris

seu Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc sufficienter et legitime fulcito, seu eius Vicario in spiritualibus generali et officiali principali sufficienter et legitime constituto, aut Commissario suo quibuscumque in hac parte specialiter deputato seu cuicumque alteri cuicumque: Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London dicit allegat, et in hiis scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur /. D /

Inprimis Quod sedes Episcopalis London predicta per mortem naturalem bone memorie domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet 1

Item Quod dicta sede Episcopali London dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam capitularem dicte ecclesie Sancti Pauli London predicte pro huiusmodi electione facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio procedendum et procedi videndum legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum / 2

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet die Mercurii vicesimo nono videlicet die mensis Aprilis Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo communiter currente capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et statutis huiusmodi Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante, Reverendum in Christo patrem dominum Thomam Ravis Gloucestrensem Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis London Episcopum et pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eadem providerunt Et ponit ut supra / 3

Item Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Sancti Pauli London predicta coram clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra / 4

Item Quod dictus reverendus pater dominus electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem dicte ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem partis eorundem decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra / 5

Item Quod idem reverendus pater dominus Thomas Ravis Gloucestrensis Episcopus in Episcopum Londonensem electus fuit et est vir providus et discretus eminens scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum [illegible] et famosum Et ponit ut supra 6

Item Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam dicto Serenissimo domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum Communi roboratas pro assensu suo debito iuxta statuta huiusmodi inclyti Regni Anglie significaverunt et intimaverunt Et ponit ut supra / 7

Item Quod presentato ex parte dictorum decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni huiusmodi de persona prefati reverendi patris (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet illamque electionem ratam et gratam habuit et habet Et ponit ut supra / 8

Item

9 **Item** Quod dictus Serenissimus dominus noster Rex prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu Regijs huiusmodi electioni (ut asseritur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verumetiam easdem literas suas patentes seu vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum favore Horumque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita (ad quam faciendam offert se pars ista proponens decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis) petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eam effectualiter confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus London predicti eidem domino electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London Iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius inclyti Regni Anglie consonum suppleri defectus quoscumque in hac parte intervenientes Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis iuris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando./

Reverendissimo in Christo patri domino Richardo divina providentia Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, aut alij cuicunque potestatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro: Vestri humiles et devoti Iohannes Overall sacre theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London et eiusdem Ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore: Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus et intimamus, Quod sede Episcopali London per mortem naturalem Reverendi in Christo patris domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi et incumbentis ibidem, iam vacante pastorisque solatio destituta, Nos Decanus et Capitulum antedicti (vigore et auctoritate licentie regie Maiestatis nobis et ecclesie Cathedrali predicte de alio in Episcopum et Pastorem eligendo facte et concesse) in domo nostra capitulari die dat. presentium Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes servatis primitus per nos omnibus et singulis ad dictum electionis negotium de iure et huius Regni Anglie statutis suo antiqua consuetudine dicte ecclesie Cathedralis servandis) habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligenda tandem in Reverendum in Christo patrem dominum Thomam Ravis permissione divina Gloucestren Episcopum per Serenissimum dominum nostrum Regem per literas speciales nominatum et commendatum vota nostra direximus ipsumque vigore dicte licentie Serenissime Regie Maiestatis in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis London Episcopum et pastorem unanimiter et concorditer (nullo contradicente et reclamante) eligimus prout per alias literas nostras certificatorias dicto Serenissimo domino Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet **Vestre** igitur paternitati Reverendissime tenore presentium humiliter supplicamus et in domino rogamus quatenus dictam nostram electionem sic per nos ut prefertur de persona prenominati Reverendi patris factam et celebratam confirmare ceteraque peragere perficere concedere et expedire que ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vestra reverendissima paternitas cum favore ut deo optimo maximo bonorum omnium largitore favente et cooperante dictus electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter pariter et prodesse ac nos sub eo et eius regimine bono possimus deo in dicta ecclesia militare Quamque deus optimus maximus vestram reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis **In Quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus Dat. in domo nostra Capitulari vicesimo nono die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Sexcentesimo septimo./

Reverendo in Christo patri domino Thome Ravis permissione divina Glocestrensi Episcopo Johannes Overall Sacre Theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto reverendo patri debitas et condignas cum honore. **Vestre** reverende paternitati tenore presentium significamus et notum facimus Quod vacante nuper ecclesia Cathedrali London per mortem naturalem Reverendi in Christo patris domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi et Pastoris ibidem Nos decanus et Capitulum predicti in domo nostra Capitulari die dat(e) presentium (vigore et auctoritate licentie Illustrissimi in Christo principis et domini nostri Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. nobis in ea parte fact(e) et concesse) ad effectum eligendi novum Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis predicte Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes (servatis de Jure et consuetudine ac statutis et ordinationibus ecclesie Cathedralis predicte in ea parte servandis) habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda tandem in reverendam vestram paternitatem vota nostra direximus eandemque reverendam Paternitatem vestram in nostrum et dicte ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus ac electionem huiusmodi dicto Illustrissimo domino nostro Regi per literas nostras Certificatorias sigillo nostro Communi sigillatas significavimus et notum facimus **Quocirca** vestram reverendam paternitatem obnixe rogamus quatenus huiusmodi electioni de persona vestra per nos fact(e) et celebrat(e) consentire et consensum et assensum vestros eidem prebere dignemini. **In** quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum Commune presentibus apponi fecimus Dat(um) in domo nostra Capitulari vicesimo nono die mensis Aprilis Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo./

In dei nomine Amen per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Mercurii vicesimo nono videlicet die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Sexcentesimo septimo Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. videlicet Anglie Francie et Hibernie Quinto et Scotie Quadragesimo In superiori conclavi infra edes venerabilis viri Johannis Overall Sacre Theologie Professoris decani ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London infra parochiam Sancti Gregorii Civitatis London notorie sitas et situatas in mei Johannis Coston Notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentiis Constitutus personaliter prefatus venerabilis vir Johannes Overall decanus antedictus exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte sigillo eorum Communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillatum in quo inter alios constitutus et deputatus fuit et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit Reverendo in Christo patri domino Thome Ravis Glocestrensi Episcopo tunc et ibidem personaliter presenti quasdam literas testimoniales sive Certificatorias sigillo Communi eorundem decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillatas de et super electione dicti reverendi patris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte fact(e) et celebrat(e) eundemque Reverendum patrem dominum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de se et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem reverendus pater dominus electus London Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus primo et ante omnia gratias agens Serenissimo domino nostro Regi qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis decano et Capitulo commendare dignatus est deinde eisdem decano et Capitulo qui eum tam gratis animis elegerunt licet se tanto muneri indignum indicaret: Tamen ne ipse divine voluntati et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur deumque precatus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandum nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurandam electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis tenorem subsequentem

sequentem de verbo in verbum in se complectentibus viz. **In dei noie amen** Ego Thomas Ravis permissione divina Glouc[estr]en Episcopus in Epum et Pastorem talis Cathis Sti Pauli London rite et litime nominatus et electus atq; ad consentiendum hmoi electioni de me et psona mea sic (ut pmittitur) facte et celebrate [illegible] parte [illegible] probabil. virorum decani et Capituli eiusdem ecclie Cathis instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis clementia fretus) electioni hmoi de me et psona mea sic (ut pmittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio eidemq; consensum et assensum meos semel atq; iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. **Sup** quibus premissis omnibus et singlis tandem reverendus pater dnus electus quam memoratus venerabilis vir Johannes Overall procurator audiens me Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instra conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde phibere instanter rogavit et requisivit. **Acta** fuerunt haec omnia et singla premissa prout suprascribuntur et recitantur sub annis domini Regniq; Regie maits mense die et loco predcis Presentibus tunc et ibm reverendo in xpo patre domino Johanne Watson et Wellen Episcopo Necnon venerabilibus viris dominis Edwardo Stanhope et Thoma Crompto militibus legum doctoribus Thoma White et Thoma Monforde sacre theologie Professoribus ecclie Cathedralis pred Canonicis Residentiarijs Johanne Hayward legum doctore Nicholao Kempe Armigero Willimo Blackwell Silvestro Hulett et Georgio Norman Notarijs publicis testibus ad premissa vocatis spialiter et requisitis/

Et ego Johannes Weston London dioces natus publicus auctate sufficienti Notarius Quia pmissis omnibus et singlis dum sic (ut pmittitur) sub annis domini Regniq; Regie maiestatis mense die et loco predcis agebantur et fiebant unacum pnominatis testibus presens psonalr interfui eaq; omnia et singla sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atq; in notam sumpsi Ideo hoc pns publicum instrumentum manu alterius (me interim alijs impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoq; nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singlorum pmissorum rogatus spialr et requisitus

p me Johem Weston

Secda Schedula **In dei Noie amen** Nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor Reverendissimi in xpo pris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariens Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spualibus gnalis et Officialis principalis Necnon Commissarius inter alios ad infrascripta cum cet deputat spiali et litime deputat et constitutus in negotio confirmacionis electionis de psona revdi in xpo pris dni Thome Ravis pmissione divina Glouc[estr]en Episcopi in Episcopum et Pastorem ecclie Cathis Sti Pauli London electi facte et celebrat rite et litime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut psonam in hac parte electam dicere excipere aut opponere voluerint ad comparendum coram nobis isto die hora et loco (si sua putaverint interesse contra dcam electionem formam eiusdem aut psonam electam hmoi in debita iuris forma dicturi excepturi vel opposituri alias litime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuq; et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dcam electionem formam eiusdem, aut psonam electam hmoi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris decani et Capli ecclie Cathis Sti Pauli London pdict pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolacionem Sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in hmoi negotio ferend eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. / 18o Maij 1607. Edw: Stanhope./ Lecta fuit hmoi Schedula p prefatum dominum Edwardum Stanhope Militem &c die hora et loco in Actu memoratis/

Sentia **In dei nomine Amen** auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Edwardum Stanhope Militem legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta com[missarium] et dict[i] spiritualiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis eiusdem cause sive negotii confirmationis electionis de persona reverendi in Christo patris domini Thome Ravis Glocestrensis Episcopi in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London electi facte et celebrate quod coram nobis aliquamdiu vertebatur vertiturque in presentiarum pendet indecisum Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito Servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostre Sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negotio ferende sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. **Quia** per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita et probata coram nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte de prenominato reverendo patre domino Thoma Ravis electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito Commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam Nihilque eidem reverendo patri electo huiusmodi de institutis canonicis obviasse seu obviare quominus in Episcopum London auctoritate predicti reverendissimi patris merito debeat confirmari. **Idcirco** nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor Vicarius in spiritualibus generalis et Commissarius antedictus sic (ut premittitur) spiritualiter constitutus (attentis premissis et aliis virtutum meritis suis quibus prefatus electus London fidedigno commendatur testimonio) Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris proponentes et habentes de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Prenominatam electionem de eodem reverendo patre domino Thoma Ravis Glocestr[ensi] Episcopo factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscumque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus Necnon curam regimen et administrationem spiritualem dicti Episcopatus Londonensis eidem domino electo et confirmato Committimus ipsumque in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus London iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum quorumcumque inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem seu eius deputatum iuxta ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte morem et Consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis. 18° Maij 1607 Edw. Stanhope.

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum dominum Edwardum Stanhope Militem legum doctorem Vicarium in spiritualibus generalem etc ac Commissarium etc predicti Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cant. Archiepiscopi etc die Lune decimo octavo viz[t] die mensis Maij Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei ad petitionem magistri Thome Flet Notarii publici procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London etc in presentia mei Johannis Gosten Notarii publici etc Ac quibus etc presentibus tunc et ibidem testibus in actu mentionatis etc.

Mandatum ad inthronizandum

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus Commissionalibus literis patentibus Excellentissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc) sufficienter et legitime fulcitus Venerabili viro Carolo Fotherby sacre theologie Baccalaureo Archidiacono nostro Cantuariensi in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitice Christi Cantuariensis Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali London per obitum bone memorie domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi et Pastoris ibm Decanus et Caplum eccliē Cathedralis Sti Pauli London (licentia Regia in ea parte prius petita et obtenta) Reverendum in Christo prem dnm Thomam Ravis permissione divina Gloucestren Episcopum in eorū et dcē eccliē Cathedralis Sti Pauli London predict Epum et Pastorem elegerint et eccliē Cathedrali predict de eodem providerint Cumq etiam nos electionem predictam de psona prefati reverendi patris (ut premittitur) factam et celebratam et psonam sic electam (servatis de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) authoritate qua supra rite et legitime confirmaverimus eidemq confirmato Curam Regimen et administracionem spualium dicti Episcopatus London commiserimus ipsumq sic electum et confirmatum in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus London Juriumq dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend installand et inthronizand fore decreverimus Justicia mediante Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum reverendum prem dnm Thomam Ravis sic (ut premittitur) electum et confirmatum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dci Epatus London Juriumq dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiū suorum universorum inducas installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias eum effectu Cathedramq sive Sedem Episcopalem in eccliā Cathedrali Sti Pauli London predict Epo ibm assignari solit sibi (uti moris est) assignes et eū in nomine domini nostri Jesu Christi imponas prout de et Juribus et Consuetudinibus nostris Archiepalibus et eccliē nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar predict necnon eccliē Cathedr Sti Pauli London predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In Cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat decimo octavo die mensis Maij Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo et nostre translacionis Anno tertio./

Advocacio vicarie de Northall

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc present scriptum pervenerit Thomas permissione divina London Episcopus Salutem in domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere Cum tam de antiqua laudabili longeque ubique et legitime prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam excedens inconcusse usitata et observata quam etiam de singulari Prerogativa eccliē metropolitice Christi Cant fuerit et sit inconcusse usitatum et observatum Quod Archiepiscopus Cantuariensis pro tempore existens cuilibet suffraganeorum suorum in Epum alicuius eccliē Cathedralis sue Cantuarien provincie electo statim post confirmacionem electionis huiusmodi unum Clericum idoneum nominare et presentare possit cui idem electus confirmatus tenebitur quam primum facultas se obtulerit in sua eccliā Cathedr de dignitate canonicatu et prebenda seu de alio competenti beneficio ecclesiastico providere ac interim eum clericum ad dignitatem Canonicatus et prebende seu beneficium huiusmodi sic promovend acceptare et admittere Necnon sibi pencionem annuam sufficientem constituere tantisper solvend et impendend quousque eidem clerico de aliqua dignitate canonicatu et prebenda vel alio competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum Sciatis nos prefatum Thomam London Epum antedictum Jura libertatis consuetudines et Prerogativam eccliē Metropolitice Christi Cantuar pred pro posse nostro adimplere volentes ex causis et consideracionibus predictis ac in plenam satisfactionem eorundem pro nobis et Successoribus nris dedisse et concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Richardo providentia diva Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano executoribus et assignatis suis primam et proximam advocacionem nominacionem presentacionem liberam disposicionem et Juris patronatus vicarie perpetue eccliē parochialis de Northall in Com Midd nostre London diocesis nostris patronatus et disposicionis existen cum eadem

2

per mortem resignacionem cessionem dimissionem permutacionem privacionem aut alio quovismodo proximo et proxime post datum presentium vacaverit seu vacuam devenire contigerit Habendum tenendum et gaudendum prefato Reverendissimo patri executoribus et Assignatis suis dictam advocacionem nominacionem presentacionem liberam disposicionem et Jus patronatus dicte vicarie perpetue ecclesie parochialis de Northall predicte pro termino viginti et unius annorum proximo post datum presentium immediate sequentium et plenarie complendorum Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendissimo patri executoribus et assignatis suis quamcunque personam idoneam ad dictam vicariam de Northall predictam cum primo et proximo post datum presentium (ut prefertur) vacare contigerit pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare Ceteraque omnia et singula facere exercere et implere que in premissis seu circa aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Episcopus faceremus seu facere possemus si hec presens nostra concessio sive confirmacio inde facta non fuisset Proviso tamen quod quandocunque contigerit hanc nostram donacionem sive concessionem durante termino predicto viginti et unius annorum proximo post datum presentium proxima et proxima vice aut aliqua alia vacacione dicte vicarie perpetue ecclesie parochialis de Northall predicte suum debitum sortiri effectum ac personam idoneam ad presentacionem dicti Reverendissimi patris executorum vel assignatorum suorum ad eandem vicariam canonice fore admissam et institutam ac in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem inductam pacifice et quiete Quod extunc Jus patronatus advocacio et disposicio dicte vicarie perpetue ecclesie parochialis de Northall predicte ad nos et successores nostros integre revertetur predicta donacione sive concessione in aliquo non obstante In cuius rei testimonium sigillum nostrum Episcopale presentibus apponi fecimus Datum duodecimo die mensis Decembris Anno domini Millesimo Sexcentesimo septimo Regnique illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c quinto et Scotie Quadragesimo primo /

Assignatio advocacionis vicarie de Northall.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem et gratiam Cum Reverendus in Christo pater et venerabilis confrater noster dominus Thomas eadem providentia London Episcopus Jura libertates consuetudines et prerogativas ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis prout tenebatur pro posse suo adimplere volens ac canonicis et consuetudinibus in scripto suo gerente dat[illegible] Decembris Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo iam currente Regnique illustrissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Quinto et Scotie Quadragesimo primo et sue Translacionis Anno primo mencionatis et specificatis ac ad plenam satisfaccionem earundem pro se et successoribus suis per dictum scriptum suum dederit concesserit ac eodem scripto suo confirmaverit nobis Richardo Cantuariensi Archiepiscopo predicto executoribus et Assignatis nostris primam et proximam advocacionem nominacionem presentacionem liberamque disposicionem ac Jus patronatus vicarie perpetue ecclesie parochialis de Northall in Comitatu Middlesex Londoniensis diocesis [illegible] patronatus et disposicionis existentem cum per mortem resignacionem cessionem dimissionem permutacionem privacionem aut alio quovismodo proximo et proxime post datum dicti scripti vacaverit Habendum tenendum et gaudendum nobis prefato Richardo Cantuariensi Archiepiscopo predicto executoribus et assignatis nostris dictam advocacionem nominacionem presentacionem liberam disposicionem et Jus patronatus dicte vicarie perpetue ecclesie parochialis de

Northall predict pro termino viginti et unius annorum prox post datum scripti predict
et immediate tunc sequen et plenarie complend Ita quod bene liceat et licebit nobis executor
et Assignat nris quamcunq personam idoneam ad dictam Vicariam perpetuam eccle de
de Northall predict cum primo et proximo post datum eiusdem scripti (ut prefertur)
vacare contigerit pro termino viginti unius annorum nominare et presentare Ceteraq
omnia et singula facere exercere et implere que in premissis seu circa aliquo necessaria
fuerint seu quomodolt opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et
forma prout prefatus confrater nr Thomas London Epus vel Successores sui facerent seu
facere possint si sua concessio sive confirmacio predicta nobis inde facta non fuisset prout
per scriptum suum hmoi plenius liquet et apparet: Sciatis igr nos Richardum
Cantuariensem Archiepiscopum pro veris iustis et licitis causis et Consideracionibus
nos in ea parte spialr moventibus dedisse concessisse et hoc presenti scripto nostro confir-
masse et assignasse Thome Atkinson Clico uni minorum Canonicorum ac Subthesaurario in
eccla Cathedrali Sci Pauli London executoribus et assignatis suis tam dictum scriptum
sic ut prefertur per prenominatum confratrem nostrum dnm Thomam London Epum
antehac nobis factum quam ius statum et interesse nostra inde nobis competen et competitur
Ita quod bene liceat et licebit eidem Thome Atkinson executoribus et assignatis suis et eor
cuilt dilectum nobis in Christo Gabrielem Powell Clicum sacre Theologie Baccalaureum et
nullum alium ad dictam vicariam perpetuam eccle parochialis de Northall predict cum
primo et prox post datum dci scripti nobis ut prefertur fact vacare contigerit pro
predco termino viginti unius annorum nominare et presentare Ceteraq omnia et singula
facere exercere et perimplere que in premissis seu circa aliquo necessaria fuerint seu
quomodolt opportuna in et circa presentacionem dci Gabrielis Powell adeo plene libere
et integre et in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Richus Cantuariensis
Archiepiscopus aut nri executores vel assignati nostri faceremus seu facere possemus
si hec presens nra concessio sive assignaco inde facta non fuisset In Cuius rei testi-
monium sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus Dat vicesimo sexto die
mensis Decembris Anno domini Millimo sexcenmo septimo Regniq dni domini
nri Jacobi Regis Anglie Francie et Hibnie fidei defensoris &c Quinto et Scotie
Quadragesimo primo Et nostre Translacionis Anno Quarto./

Gloucestren

Acta habita et facta

in negotio Confir-
macionis elecionis de persona venerabilis viri Henrici Parry
sacre Theologie Professoris in Epum et Pastorem eccle Cathis
sce et individue Trinitatis Gloucestren electi die Jovis nono
viz die mensis Junii Anno domini Millimo sexcenmo septimo
Regniq dni nri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibnie
Regis fidei defensoris &c Quinto et Scotie Quadrages
in eccla parochiali bte Marie virginis de Archubus London eccle
Christi Cant iurisdiccionis immediate inter horas primam et
secundam post meridiem eiusdem diei Coram venerabili et egregio
viro dno Edwardo Stanhope Milite legum doctore Reverendissimi
in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina
Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Me-
tropolitani vicario in spualibus generali et Officiali principali
Necnon Commissario inter alios ad infrascripta con et d
specialiter et ltime deputato et constituto in presentia mei
Johannis Weston Notarii publici &c

Actus Confirmac

Dictis die et loco atque inter horas

predictis presentatis coram prefato venerabili et egregio viro domino Edwardo Stanhope
Milite legum doctore &c vicario &c ac Commissario &c iudicialr et pro tribunali sedente

[illegible]

lris patentibus Regijs de assensu suo Regio &c supranominato Reverendissimo patri directis
necnon lris Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et alijs ~
comm et dcis in hac parte factis ac per me prefatum Johannem Goston de mandato ~
dni domini Edwardi Stanhope publice lectis Idem dominus Edwardus Stanhope ob
honorem et reverentiam dni domini nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit
in se onus executionis dictarum lrarum Patentium et Commissionalium et decrevit procedendum -
fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter discretus vir
magr Edwardus Cay Notarius publicus almeque Curie Cantuarien de Archubus -
London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro vene=
rabilibus viris decano et Capitulo ecclie Cathedralis Sce et individue Trinitatis Glouc
predict sigillo eorum Communi (ut apparuit) sigillatum et fecit se partem pro eisdem et noie
procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eidem dno Edwardo Stanhope
vicario in spualibus generali et Commissario antedicto venerabilem virum Henricum Parry -
sacre theologie professorem in Episcopum et Pastorem eiusdem Cathis Ecce et individue
Trinitatis Gloucestren predict electum et ipsum e regione confirmari petebat Et tunc
deinde magr Cay exhibuit mandatum citatorium originale alias contra oppositores in hoc -
negotio emanatum una cum certificatorio indorso super executione eiusdem et petijt omnes -
et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibm trina vice publice
preconizatis et nullo modo comparentibus ex prefatus mr Cay procurator antedictus
accusavit contumacias eorum omnium et singulorum sic (ut pfertur) ad hos diem hor et locum c
citatorum et intimatorum &c modo predicto preconizatorum diuque et sufficienter expectatorum et
nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium
et petijt eos omnes et singulos reputari contumaces &c ad cuius petitionem dictus dnus
Edwardus Stanhope pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconi=
zatosque et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere
curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi con
dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet
preclusit necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit
eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout
in schedula per eum tunc lecta plenius continetur Quibus sic gestis prefatus mr
Cay procurator antedictus in penam contumacie eorundem citatorum et non comparentium
dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti &c qua quidem summaria -
petitione per me prefatum Johannem Goston de mandato dni dni Edwardi Stanhope -
publice lecta idem dnus Edwardus Stanhope ad petitionem dci mri Cay admisit dictam
summariam petitionem quatenus de iure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano
&c et assignavit eidem mr Cay ad probandum contenta in eadem summaria petitione
ad statim: Et tunc deinde mr Cay procurator antedictus in subsidium probationis con=
tentorum in dicta summaria petitione exhibuit lras patentes Regias de assensu suo Regio super
memoratas magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratum decanum -
et Capitulum ecclie Cathis Gloucestren prenominatum venerabilem virum Henricum ~
Parry in eorum et dce ecclie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque ma=
iestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse ac etiam exhibuit Instrumentum
publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri Henrici Parry adhibito electioni de
persona sua facte in Epum et Pastorem eiusdem Cathedralis Gloucestren predict et allega=
vit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque habita
et gesta prout in eisdem continentur petendo terminum assignari ad audiendum sententiam
in hac causa: ad cuius petitionem prenominatus dominus Edwardus Stanhope assignavit
ad audiendum sententiam ad statim Consequenter vero facta alia trina preconizatione
omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum &c et nullo modo com=
parentium nec aliquid in hac parte opponere curantium dictus dominus Edwardus Stan=
hope ad petitionem sepefati magri Cay accusantis contumacias &c pronunciavit eos et
eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem
mri Cay decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive
confirmationis negotio eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia

in aliquo non obstante prout in eadem schedula per eundem dominum Edwardum
Stanhope lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque iuramento per prefatum venerabilem
virum Henricum Parry dominum electum ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta
et deosculata tam de fidelitate obedientia et subiectione dicto Serenissimo domino nostro Regi
eiusque heredibus et Successoribus prestand ac de renunciand omnimoda forinseca
potestati etc. iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi necnon de licita et
Canonica obedientia prefato Reverendissimo patri domino Richardo Archiepiscopo Cant
et Successoribus suis etc. quam quod nulla symoniaca conventione seu pravitate per
se ad Episcopatum Gloucestren promoveri procuravit etc. iuxta formam descriptam in
xl° Canone Canonum ecclesiasticorum Anno domini 1604 Regia auctoritate edit et promulgat
etc. prefatus dominus Edwardus Stanhope ad petitionem dicti magistri Gay porrigentis
sententiam et petentis eandem ferri et iustitiam fieri pro parte sua legit tulit et pro-
mulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmacionis negotio
in scriptis concept pronunciand decernend declarando confirmando supplendo
ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur. Super quibus omnibus et singulis
tam dictus dominus Electus Gloucestren quam memoratus magister Gay procurator
Decani et Capituli predict me Notarium publicum antedictum sibi unum vel
plura publicum sive publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes
inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et
requisiverunt. Deinde prefatus dominus Edwardus Stanhope ad petitionem
dicti domini electi quam memorati magistri Gay procuratoris antedict decrevit
literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma
suprascriptis gestis et expeditis fieri et liberari. Presentibus tunc et ibidem
Venerabilibus viris Edwardo Edwardes legum doctore Roberto Warcupp Armigero
Samuele Turner Johanne Jones Henrico Hill et Johanne Leigh generosis
Vernon Johanne Drake et Edmundo Litleworthy Notariis publicis ac Richardo
Nashe Richardo Biggs et Willelmo Biggs literatis et multis aliis testibus etc.
Tenores vero tam literarum patentium Regie maiestatis quam aliorum premissorum in
dicto Confirmacionis negotio habit et fact et superius memorat sequuntur et sunt
tales videlicet

Litere patentes Regie

Jacobus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei de-
fensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli Consiliario
nostro Richardo Cantuariensi Archiepiscopo ac aliis quibuscumque Epis-
copis in hac parte interesse Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali
Gloucestren per translationem venerandi in Christo patris Thome Ravis
ultimi Episcopi eiusdem ad Episcopatum London ad humilem petitionem Decani et
Capituli eiusdem ecclesie Gloucestren per literas nostras patentes licentiam concessi-
mus alium sibi eligend in Episcopum et Pastorem sedis predicte, Iidem Decanus
et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum nobis in Christo
Henricum Parry Sacre theologie professorem sibi et ecclesie predicte elegerunt
in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo Capituli dicte ecclesie sigillatas
nobis inde directas plenius apparet Nos electionem illam acceptantes eidem
electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis
tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis
tenemini firmiter precipiendo mandantes quatinus vos eundem Henricum
Parry in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Gloucestren predicte
sic ut prefertur electum electionemque predictam confirmare et eundem Henricum
Episcopum et Pastorem ecclesie predicte consecrare ceteraque omnia et singula peragere
et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam
statuti in ea parte editi et provisi velitis cum favore et effectu In cuius rei
testimonium has literas nostras fieri fecimus Patentes Teste meipso apud
Westm vicesimo nono die Junii Anno Regni nostri Anglie Francie et

Hibnie Quinto et Scotie Quadragesimo · per bre de privato sigillo &c Bruce
Wyn.

Lre Commissionalis Reverendissimi

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Edwardo Stanhope Militi legum doctori vicario nostro in spualibus generali et Officiali principali Willmo fferrand et Johanni Amys legum respective doctoribus Salutem et gratiam: Cum lras patentes excellentissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westm vicesimo nono die Junij Anno Regni sui Anglie ffrancie et Hibnie Quinto et Scotie Quadragesimo receperimus: in quibus inter nobis preceptum est ut electionem venerabilis viri Henrici Parry sacre theologie professoris ad Epatum Gloucestren confirmaremus: Nos cum ea qua decet reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere: **Ad** examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prenominati venerabilis viri Henrici Parry factam et celebratam ipsamque electionem et psonam sic electam secundum Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij pdict nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem electionem rite et ltime factam et celebratam fuisse et esse vobis conitim et divisim constiterit approbandum et comprobandum defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et ltime supplendum Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis conitim et divisim Committimus vices nras ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem (Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuarien ceterisque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis) **In cuius** rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith octavo die mensis Julij Anno domini Millimo sexcentesimo septimo et nostre Transl Anno tertio. Jo: Coston

Pateat universis per presentes Quod nos Henricus Aysgill Elias Wrenche Petrus Gore et Willmus Loe Clerici in artibus magri Prebendarij in ecclia Cathedrali Gloucestren vicesque et authoritatem decani et Capituli eiusdem eccle Cathed decanatu ibm iam vacan ltime habentes et gerentes: dilectos nobis in Christo Georgium Paule armigerum Thomam Flet Edwardum Cary et Georgium Cole Notarios publicos conitim et eorum quemlt per se divisim nostros veros ltimos ac indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores ac nuncios spiales ad infrascripta vice nomine et loco nris obeunda nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris conitim et eorum cuilt per se divisim ptatem generalem et mandatum spiale pro nobis ac vice et nomine nostris coram Illustrissimo in Christo principe et domino nro dno Jacobo dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Rege fidei defensore &c ac honorabilibus dominis nostris dno Thesaurar et Baronibus de Scaccario dci domini Regis aliisve Judicibus Officiarijs sive ministris domini Regis predicti competentibus in hac parte quibuscumque necnon coram venli et egregio Henrico Parry sacre theologie professore decano eccle Cathed Cestrie in Epum et pastorem dicte Cathedralis Gloucestren electo respective comparend et interessendi: Lrasque nostras Certificatorias de et super electione eiusdem venerabilis et egregij viri in Epum et pastorem dicte Cathed ac sedis Epalis Glouc predict per nos unanimiter fact et expedit gerend dat die dat presentium ac sigillo nostro Com sigillat[as] eiusdem illustrissimo principi et domino nostro domino Regi supranominato ac honorabilibus viris dominis nostris dominis Thesaurario et Baronibus de Scaccario suo aliisque Judicibus ministris officiariisve eiusdem domini nostri Regis in hac parte quomodolibet competentibus quibuscunque, necnon eidem venerabili et egregio viro domino electo cum omni humilitate, subiectione obedientia et reverentia respective debita predendum exhibendum presentandum et ostendendum Atque electionem nostram ipsius reverendi viri domini electi predicti in Episcopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis ac sedis Episcopalis Gloucestrensis predicte sive de premissis facti consensum et assensum suos adhiberi petendum requirendum et obtinendum. Necnon in de et super premissis omnibus et singulis agendum defendendum excipiendum replicandum et litem contestandum. Juramentum etiam quodcunque licitum et honestum ac per nos de jure requisitum (si opus fuerit) in animas nostras prestandum subeundum et jurandum. Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa aut ipsum electum concernentia necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Ratum gratum et firmum perpetuis temporibus habentes et habituros totum et quicquid per prefatos procuratores nostros aut ipsorum quemlibet actum gestum sive procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum. In cuius rei testimonium Sigillum Capitulare dicte ecclesie Cathedralis Gloucestrensis apponi fecimus. Dat[um] duodecimo die mensis Junij Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo.

Citatio con[tra] oppositores

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Gloucestrensi per translationem Reverendi in Christo patris domini Thome Ravis ultimi Episcopi et pastoris ibidem Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint et huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes Venerabilem virum Henricum Parry sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis Episcopum et Pastorem elegerint: Cumque Serenissimus in Christo princeps et dominus noster dominus Jacobus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem Presidentis et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri domini electi facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas Patentes Regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas Patentes Regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum infrascripta evocandos et citandos fore decrevimus Justitia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London nostri et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis jurisdictionis immediate Necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliosque in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis vel

vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nostris
aut eorum alicui in hac parte quocumque in ecclesia parochiali beate Marie virginis de
Arcubus London predict die Lune nono vizt die mensis instantis Julij inter horam
primam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuacione et prorogacione dierum
extunc sequend et loci si oporteat in ea parte faciend Contra dictam Electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse)
in debita iuris forma dicturi excepturi et oppositur[i] ulteriusque facturi et recep-
turi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exi-
gunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma pretextatis omnibus
et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliogquin in genere quibus nos etiam
harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco Coram
nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario predicto comparuerint
et Contra dictam electionem forma eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere
excipere vel opponere voluerint sive non nos nihilominus in dicto confirmacionis
negotio mota iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus ac
iustitiam ministrabimus seu sic procedet ac iustitiam ministrabit vicarius noster
in spiritualibus generalis et Officialis principalis vel Commissar predict ipsorum sic
citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante
Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem
antedictum vel Commissar huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille
vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus vnacum presentibus Dat Septimo
die mensis Julij Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo Et nostre translationis Anno
tertio /

Certificatorium eiusdem

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providentia
divina Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve vicario
in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicumque in hac parte
specialiter deputato Vester humilis et devotus Richardus Higgs literatus sic ad infra=
scripta exequenda Mandatarius legitime constitutus omnimodam reverentiam et
obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore = Mandatum
vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter
recepi exequendum Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si
qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam
eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem
eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie vir=
ginis de Arcubus London retroscript et ibidem aliquamdiu dimissionem quam per
publicacionem eiusdem mandati in eadem ecclesia parochiali die Lune Sexto vizt
die instantis mensis Julij peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet
compareat Coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato
contentis et specificatis Contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam
huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et
oppositur[i] ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri
Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt Et preterea dictis die et loco
antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi quod sive ipsi dictis die
hora et loco comparuerint et que imputata sunt fecerint sive non vos nihilominus
aut Commissarius vester antedictus in huiusmodi Confirmacionis negotio mota iuris
et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedetis seu procedet ac iustitiam
ministrabitis seu ministrabit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive con=
tumacia in aliquo non obstante Et sic ego Mandatarius antedictus mandatum vestrum
Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum
executus In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Arthuri [illegible] publice
apponi procuravi Et nos Arthurus antedictus ad specialem rogatum dicti [illegible] Sigillum nostrum
huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat septimo die mensis Julij Anno domini 1607 predict /

In dei noie Amen Nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta con[iunctim] et di[visim] specialiter et ltime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis Electionis de psona venerabilis viri Henrici Parry sacre theologie professoris in Epum et Pastorem eccliе Cathedralis Xpi et individue Trinitatis Gloucestren electi facte et celebrate, rite et ltime precedentes omnes et singulos Oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut psonam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut psonam in hac parte electam in debita Juris forma dictur excepturi et oppositur alias ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad peticonem procuratoris Decani et Capituli ecclie Cathedralis Xpi et individue Trinitatis Gloucestrensis predict pronunciamus contumaces ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilt viam ulterius opponendi contra dictam Electionem formam eiusdem aut psonam in hac parte electam precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante 9o Julij 1607 Edw: Stanhope

In dei noie Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c.) sufficienter et ltime fulcito vestrove vicario in spualibus generali et Officiali principali aut vestris Commissariis quibuscumque in hac parte specialiter deputatis eorumve altero quocumque: Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclie Cathedralis Xpi et individue Trinitatis Gloucestren dicit allegat et in his scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam summarie peticionis in iure proponit articulatim prout sequitur/

1 Inprimis Quod sedes Epalis Gloucestren per Translationem Reverendi patris domini Thome Ravis ultimi Epi et pastoris ibidem ad sedem Episcopalem London nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Horumque fuit ac est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit con[iunctim] et di[visim] et de quolibet

2 Item Quod dicta Ecclesia Epali Gloucestrensi dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum ecclie Cathedralis Xpi et individue Trinitatis Gloucestren predict capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia in ea parte primitus petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclie Cathedralis predicte pro huiusmodi electione facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclie Cathedralis Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros ltime et peremptorie citari fecerunt Horumque fuit ac est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

3 Item Quod prefat: Decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet

duodecimo die mensis Junij Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo convenientes
Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et
statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti
de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Glouc
predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante
Venerabilem virum Henricum Parry sacre theologie professorem in eorum et
dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et pastorem elegerunt et ecclesie memorate
de eodem providerunt Et ponit ut supra.

Item Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Sancte 4
et individue Trinitatis Glouc predicte coram clero et populo tunc et ibidem
in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerint Et ponit ut
supra.

Item Quod dictus electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem 5
ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Glouc predicte ut prefertur facte et
celebrate ad humilem petitionem partis eorundem decani et Capituli debitis loco
et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis
Et ponit ut supra.

Item Quod dictus venerabilis vir Henricus Parry fuit et est vir providus 6
et discretus eminenti scientia vita et moribus merito Commendatus liber et de
legitimo matrimonio procreatus atque devotus et ecclesie memorate apprime necessarius
Hocque fuit ac est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum
Et ponit ut supra.

Item Quod prefati decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam 7
prenominato Serenissimo domino nostro Jacobo Regi per literas suas patentes sigillo eorum
Communi roboratas pro officij sui debito iuxta formam statuti huius Regni
Anglie in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt Et ponit ut
supra.

Item Quod presentato ex parte dictorum decani et Capituli eidem Regie sublimitati 8
processu electionis huiusmodi idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia
regia electioni huiusmodi de persona prenominati venerabilis viri Henrici Parry (ut
prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit
et adhibet Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et
famosum Et ponit ut supra.

Item Quod dictus Serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reveren= 9
dissimo patri de assensu et consensu suis Regijs huiusmodi electioni ut prefertur ad=
hibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit
verumetiam earundem suarum literarum patentium serie vobis Rogando mandavit
quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare ipsumque
insignijs Episcopalibus insignire et decorare Ceteraque peragere que vestro in hac
parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum
patentium huiusmodi seriem velitis cum favore Hocque fuit et est verum publicum
notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica 10
notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in
presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de Jure in hac parte
requisita ad quem faciendum offert pars ista proponens dictorum decani et Capituli
se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis petit eadem

prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem Curamque Regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Gloucestrensis predicti eidem domino Electo committi ipsumque in realem actualem et Corporalem possessionem dicti Episcopatus Gloucestrensis iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod Juris fuerit et rationi ac Statutis huius Regni Anglie consonum supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis (Juris beneficio in omnibus semper salvo) vestrum officium domini Judicis audiens humiliter implorando/

In dei Nomine Amen per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Veneris decimo nono viz[elicet] die mensis Junii Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. viz[elicet] Anglie Francie et Hibernie quinto et Scotie Quadragesimo in superiori Conclavi infra edes venerabilis viri Petri Turner in medicinis doctoris infra parochiam Sancte Helene Civitatis London notorie situatas in mei Johannis Drake Notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentia personaliter Constitutus providus et discretus vir magister Edwardus Kay Notarius publicus Alme Curie Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit quoddam procuratorium sigillo Communi (ut apparuit) venerabilium virorum presidentis et Capituli ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis sub cera rubra sigillatum ei inter alios coniunctim et divisim factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine Procuratorio eorundem Presidentis et Capituli presentavit venerabili et reverendo viro Henrico Parry sacre theologie professori tunc et ibidem personaliter presenti quasdam literas testimoniales sive Certificatorias sigillo Communi eorundem Presidentis et Capituli (ut apparuit) sub cera rubra etiam sigillatas de et super electione dicti venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis predicte facta et celebrata eundemque venerabilem virum dominum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem Electioni de ipso et eius persona ut premittitur facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem venerabilis vir dominus Electus Gloucestrensis Episcopus audiens sic requisitus et interpellatus Primo et ante omnia gratias agens Serenissimo domino nostro Regi qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Presidenti et Capitulo Commendare dignatus est deinde eisdem Presidenti et Capitulo qui eum tam gratis animis amice elegerunt licet se tanto muneri indignum iudicaret tamen ne ipse divine voluntati et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur Deum precatus est ut suo sancto spiritu et gratia spirituali illi in omnibus adesse velit ad illustrandum nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurandam Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis tenorem sequentem de verbo in verbum in se complectentibus (viz[elicet]) In dei nomine amen Ego Henricus Parry sacre theologie professor in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis rite et legitime nominatus et electus atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Presidentis et Capituli eiusdem ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis Clementia fretus) eidem Electioni de me et persona mea sic ut premittitur facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir dominus electus quam memoratus magister Thomas Fitz procurator antedictus me prefatum Notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem venerabili viro Thoma Edwardes legum doctore Johanne Jones generoso et Richardo Nash clerico testibus ad premissa videnda audienda et testificanda vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johannes Drake Bristolensis diocesis notarius publicus auctoritate Regia Notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me sic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus. Per me Jo: Drake Notarium publicum audium

In dei nomine amen Nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis Necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Henrici Parry sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie Citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Gloucestrensis predicte pronunciamus Contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic Citatorum et non Comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante 9o Julij 1607 Edw: Stanhope

Secunda Schedula

In dei nomine amen auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis, per nos Edwardum Stanhope Militem, legum doctorem, Reverendissimi in Christo patris, et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem Necnon Commissarium inter alia ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotij confirmationis electionis de persona venerabilis viri Henrici Parry sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestrensis electi facte et celebrate Quod coram nobis in Judicio aliquamdiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum Rimatoque per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque

Sententia

diligenter recensito servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi Confirmationis negotio ferendi sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestren predicte de prenominato venerabili viro Henrico Parry Electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito Commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse factam et celebratam nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Episcopum Gloucestrensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari Idcirco nos Edwardus Stanhope Miles legum doctor vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius antedictus sic (ut prefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus electus Gloucestren Episcopus fidedigno Commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio iurisperitorum cum quibus in hac parte contulimus prenominatam electionem de eodem venerabili viro Henrico Parry factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscumque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus ipsumque dominum electum et Confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Gloucestrensis eidem domino Electo et confirmato Committimus ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Gloucestrensis predicti Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem seu eius deputatum in ipsa ecclesia Cathedrali Gloucestrensi predicta iuxta morem et Consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis 9o. Iulii 1607 Edw: Stanhope

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum dominum Edwardum Stanhope Militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem etc ac Commissarium etc prenominati Reverendissimi patris etc die Iovis nono viz. die mensis Iulii Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London etc inter horas tertiam et quartam post meridiem eiusdem diei ad petitionem magistri Edwardi Chapman procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestren etc in presentia mei Iohannis Cosson Notarii publici etc Super quibus etc requisivit me etc testesque etc Presentibus tunc et ibidem testibus in actu mentionatis etc

Actus Consecrationis

Die dominico duodecimo viz. die mensis Iulii Anno domini Millesimo sexcentesimo septimo Et translationis Reverendissimi in Christo patris et domini nostri Richardi divina providentia Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno tertio in Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambehith etc situat' idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium patentium potentissimi in Christo principis et domini nostri domini Iacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc sibi in hac parte directarum assistentibus sibi reverendis in Christo patribus dominis Thoma London Willelmo Roffen et Lancelotto Cicestren respective Episcopis munus Consecrationis venerabili viro Henrico Parry sacre theologie professori in Epum et Pastorem ecclie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Gloucestren electo et confirmat (prestito primitus per eundem dominum electum et confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode potestati authoritati et superioritati forinsecis et extraneis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi Necnon de reverentia et obedientia debitis prenominato Archiepo Cantuarien et ecclie metropolitice Christi Cant adhibenda quam quod nulla symoniaca conventione seu pravitate interveniente &c se ad Epatum Gloucestren minime procuravit &c iuxta formam Canonis in ea parte editi &c adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno ecclie Anglicane adhibend iuxta formam descript in libro intitulato The forme and manner of making and consecrating of Bushopps Priests and deacons &c impendebat in presentia mei Johannis Boston Notarii publici officium Registrariatus principalis dicti reverendissimi patris exercentis Presentibus tunc et ibm venerabilibus et egregiis viris Edwardo Stanhope Milite legum doctore vicario in spiritualibus generali et officiali principali prefati Reverendissimi patris Richardo Swale Milite legum doctore Curie Audientie Cantuar causarum et negotiorum Auditore Johanne Bennett Milite legum doctore Curie Prerogative Cantuar magro Custode sive Commissario Thoma Blague sacre theologie professore decano ecclie Cathedralis Roffen   Moreton sacre theologie professore decano ecclie Cathedralis Glouc pred Willmo Kidd et Thoma Edwardes legum doctoribus Johanne Chipterley et Zacharia Pasfeild sacre theologie professoribus Johanne Jones et Samuele Turner generosis Johanne Drake et Georgio fforman Notariis publicis et Johanne Gibbyn generosis Apparatoribus cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c

Mandatum ad inthronizand

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Excellentissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcitus Venerabili viro Carolo ffotherby sacre theologie Bacho Archino nostro Cantuarien in ecclia nra Cath et metropolitica Christi Cant Saltm et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali Gloucestren per translationem reverendi in Christo patris domini Thome Ravis ultimi Episcopi ibidem ad sedem Epalem   decanus et Capitulum ecclie Cath Ste et individue Trinitatis Gloucestren (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) venerabilem virum Henricum Parry sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclie Cathedralis Gloucestren predict Epum et Pastorem elegerunt et ecclie Cathedrali predicte de eodem providerint Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Richardus Archiepus Cantuarien auctoritate qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam Regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Gloucestren commisimus necnon consequenter munus Consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more ecclie Anglicane adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus Ipsumque dominum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Gloucestren Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinen suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus Justitia mediante Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem dnm Henricum Parry electum confirmat et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actual et corporalem possessionem dicti Epatus Gloucestren Juriumque dignitatum honorum preheminen et pertinen suorum universorum inducas installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu Cathedramque suam sedem Episcopalem in

ecclia Cathedrali Glocestren predicta Episcopi ibidem assignari solitam sibi (ut moris
est) assignet et cum in nomine domini nostri Jesu Christi imponat seu imponi faciat prout
decet Juribus et Consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus Cantuarien et eccliе nre
Cathedralis et Metropolitice Xpi Cantuar' predict' dignitatibus et honoribus in omnibus
semper salvis **In Cuius** rei testimonium Sigillum quo in hac parte utimur
presentibus apponi fecimus Dat' duodecimo die mensis Julij Anno dni Millimo
sexcentesimo septimo Et nre translationis Anno Tertio./

Bathon et Wellen

Acta habita et facta in negotio confirmac
electionis de persona venerabilis viri Jacobi Mountagu sacre theologie
professoris Regie Capelle decani in Epum et Pastorem eccle Cathis
Wellen et Sedis Epalis Bathon et Wellen electi die Veneris decimo
quinto viz die mensis Aprilis Anno domini Millimo sexcentesimo octavo
Regniq Serenissimi in Xpo principis et domini nostri domini
Jacobi dei gra Anglie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensor &c sexto
et Scotie Quadragesimo primo in ecclia parochiali bte Marie
Virginis de Arcubus London eccle Christi Cantuar Jurisdictionis
immediate inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem
diei Coram venerabili et egregio viro domino Thoma Crompton
milite legum doctore Reverendissimi in christo patris et domini domini
Richardi providentia diva Cantuarien Archiepi totius Anglie
Primatis et Metropolitani vicario in spualibus generali et Officiali
principali necnon Commissario inter alios ad infrascripta con' et
di' speciali et ltime deputat et constitut in presentia mei Johannis
Cosson Notarij publici &c

Dictis die et loco inter horas predict
presentatis Coram prefato venerabili et egregio viro domino Thoma Crompton Mil
legum Doctore vicario &c ac Commissario &c Judicialiter et pro Tribunali sedente
literis patentibus Regijs de assensu suo Regio &c supranominato Reverendissimo
patri inscriptis et directis necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi pris
eidem venerabili viro et alijs con' et di' in hac parte factis ac per me prefatum
Johannem Cosson Notarium publicum eidem de mandato dicti domini Thome Cromp-
ton publice lectis Idem dnus Thomas Crompton ob honorem et reverentiam dicti
dni nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus execu-
tionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore
iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter discretus
vir mr Johannes Hart Notarius publicus Alme Curie Cant de Arcubus London
procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venera-
bilibus viris decano et Capitulo eccle Cathedralis Wellen sigillo eorum Communi
(ut apparuit) sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem
decani et Capituli presentavit eidem dno Thome Crompton vicario in spualibus
generali et Commissario antedicto venerabilem virum Jacobum Mountagu sacre theologie
professorem Regie Capelle decanum in Episcopum et Pastorem eccle Cathedralis
Wellen et Sedis Epalis Bathon et Wellen electum et ipsum e regione confirmari
petebat Et tunc dictus mr Johannes Hart exhibuit mandatum Citatorium originale
alias contra oppositores in huiusmodi negotio emanatum una cum Certificatorio indorso sue
executioni eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari
Quibus tunc et ibm trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus
&c Prefatus magr Hart procurator antedictus accusavit contumacias omnium et singu-
lorum sic (ut prefertur) ad hos diem hor et locum citatorum et intimatorum &c ac modo
predicto preconizatorum et nullo modo comparentium per aliquid in hac parte dicere excipe

vel opponere curantibus et petijt omnes et singulos reputari contumaces &c Ad
cuius petitionem dictus Thomas Crompton pronunciavit omnes et singulos ci-
tatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte
dicere excipere vel opponere curantes contumaces et in penam contumaciarum
suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem
aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit necnon ad ulteriora
in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit eorundem sic citatorum et non
comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per
eum tunc lecta plenius continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Johannes
Hart procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium
dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti, qua quidem summaria
petitione per me prefatum Johannem Hoston de mandato dicti domini Thome
Crompton publice lecta Idem dominus Thomas Crompton ad petitionem dicti
magistri Hart admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda
et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit eidem magistro
Hart ad probandum contenta in dicta summaria petitione ad statim Et tunc dictus
magister Hart procurator antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta
summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio superius
mentionatas magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos Decanum
et Capitulum ecclesie Cathedralis Wellen predicte prenominatum venerabilem
virum Jacobum Mountagu in eorum et dicte ecclesie Cathedralis ac Sedis Episcopalis
Bathon et Wellen predict Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque maiestatem
eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse et etiam exhibuit Certifica-
torium sive literas testimoniales de et super electione eiusdem venerabilis viri Jacobi
Mountagu in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis et Sedis predict sigillo
communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillat eidemque venerabili viro
direct et similiter exhibuit Instrumentum publicum de et super consensu eiusdem
venerabilis viri Jacobi Mountagu domini electi eidem electioni adhibito et allegavit
omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque habita
et gesta prout in eisdem continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum
sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem prenominatus
dominus Thomas Crompton assignavit ad audiendum suam ad statim Conse-
quenter vero facta alia trina vice preconizatione omnium et singulorum oppositorum
huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum &c et nullo modo comparentium nec aliquid
in hac parte opponere curantium dictus dominus Thomas Crompton ad petitionem
prefati magistri Hart accusantis contumacias &c pronunciavit eos et eorum quemlibet
contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem
magistri Hart decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive
in huiusmodi causa sive negotio Confirmationis eorundem sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem
dominum Thomam Crompton lecta continetur. Hijsque expeditis prestitoque iura-
mento per prefatum venerabilem virum Jacobum Mountagu dominum electum ad
sancta dei Evangelia per eum corporaliter tact et deosculat tam de fidelitate obedientia
et subiectione dicto Serenissimo domino nostro Regi eiusque heredibus et Successoribus
prestanda ac de renunciando omnimode forensi iurisdictioni &c iuxta formam Statuti
in ea parte editi et provisi necnon de Canonica et Reverentia obedientia prenominato Reverendissimo
patri domino Richardo Cantuariensi Archiepiscopo et Successoribus suis ac quam
de Symonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Episcopatus
Bathon et Wellen predict iuxta Canonem in ea parte editum &c prefatus
dominus Thomas Crompton ad petitionem dicti magistri Johannis Hart porrigentis
sententiam et petentis eandem ferri et iustitiam fieri pro parte sua legit tulit et
promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmationis
negotio in scriptis conceptam pronunciando decernendo declarando confirmando
supplendo Ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur Cuius

quibus omnibus et singulis tam dictus dominus Electus quam memoratus magr Hart
procurator decani et Capituli predict me Notarium publicum antedictum sibi unum vel plura
publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius noiatos
testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt Deinde
prefatus dominus Thomas Crompton ad peticonem tam dci domini Electi quam me-
morati magri Johannis Hart procuratoris antedci decrevit eis lras testimoniales super
omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis
fieri et liberari Presentibus tunc et ibm Venerabilibus viris Nicho ffelton et
Dawson sacre theologie professoribus Johanne Chippingdale ffrancisco James Henrico
Woodhowse Bartholomeo Jesoppe et Johanne Budden legum doctoribus Vernon Jacobo
Risley generoso Thoma Sadler Edwardo Willett Richo Williamson et Johanne
Drake Notariis publicis et Richardo Higgs lrato et multis aliis testibus &c
Tenores vero tam lrarum patentium Regie matis quam totius processus in dco confirmacois
negotio habit et fact et supius memorat sequuntur et sunt tales vizt/

lre patentes Regie.

Jacobus dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Rex fidei defensor &c Reve-
rendissimo in xpo patri ac predilecto et fideli consiliario nostro Richardo Cantuariens
Archiepiscopi ac aliis quibuscumq Episcopis quorum in hac parte interit Salutem
Cum vacante nuper sede Episcopali Bathon et Wellen per mortem naturalem
ultimi Episcopi ibidem ad humilem peticonem decani et Capituli eiusdem eclie per lras
nostras patentes licenciam concesserimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem
sedis predce Jidem decanus et Capitulum vigore et obtentu licencie nostre predce
dilectum nobis in xpo Jacobum Mountagu sacre theologie professorem et Capelle
nostre Regis decanum sibi et eclie predce elegerunt in Epum et Pastorem prout per
lras suas sigillo eorum Communi sigillatas nobis inde directas plenius apparet Nos
electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus
pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide
et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandamus quatenus vos
eundem Jacobum in Epum et Pastorem eclie Cathedralis Bathon et Wellen
predict sic (ut prefertur) electum electionemq predcam confirmare et eundem
Jacobum Epum et Pastorem eclie predce consecrare Ceteraq omnia et singla
peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti
in ea parte editi et provisi velitis cum effcu In cuius rei testimonium has lras
nras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westm septimo die Aprilis Anno
Regni nri Anglie ffrancie et Hibnie Sexto et Scotie Quadragesimo primo
per bre de privato Sigillo &c

lre Commissionales Reverendiss

Richardus providentia diva Cantuarien Archiepiscopus totius Anglie
Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in xpo venerabilibus et egregiis
viris Thome Crompton militi legum doctori Vicario nostro in spualibus generali
et Officiali principali Willmo ffarrand et Thome Edwardes legum respective
doctoribus Salutem et gram Cum lras patentes Serenissimi in xpo principis et dni
nostri domini Jacobi dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris
&c sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westm septimo die mensis
Aprilis Anno Regni sui felicissimi Anglie ffrancie et Hibnie Sexto et Scotie
Quadragesimo primo receperimus in quibus inter alia nobis preceptum est
ut electionem venerabilis viri Jacobi Mountagu sacre theologie professoris
Capelle Regie decani ad Episcopatum Bathon et Wellen confirmaremus
Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter
satisfacere: Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum
dcam electionem de persona eiusdem venerabilis viri factam et celebratam Ipsamq elec-
tionem et psonam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Anglie exi-
gentiam ac iuxta tenorem formam et effcum Mandati Regii predci nobis in ea parte

(ut praefertur) facti et directi quatenus eandem electionem rite et legitime factam et
celebratam fuisse et esse vobis con[firman]d et d[ictu]m constiterit rite et legitime approband
et comprobandi defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et
legitime supplend. Ceteraque omnia et singula alia faciend. exercend. et expediend.
que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis con[firman]d
et d[ict]o committimus vices nostras ac plenam in domino tenore presentium concedimus
potestatem Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuarien. Ceterisque emolumentis
nobis ac officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper
salvis et reservatis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus
apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambehith decimo quarto die mensis
Aprilis Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo Et nostre Translationis Anno quarto.

Pateat universis per presentes Quod nos Richardus Meredeth sacre — Procuratorium
theologie Bacchalaureus ecclesie Cathedralis Wellen. Decanus et Capitulum eiusdem
ecclesie dilectos nobis in Christo Jacobum Risley generosum Johannem Hart Alexandrum
Cerle Thomam Browne Thomam Jles Richardum Goodall Thomam Ward
Franciscum Wallis Willelmum Milburne Georgium Cole Johannem Walsall et
Johannem Weir Civitatis London Notarios publicos procuratores Curie
Cantuarien. de Arcubus London quales Communium et eorum quemlibet per se divisim et
in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed
quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet per se libere valeat prosequi mediare
pariter et finire nostros veros et legitimos procuratores factores negotiorumque
nostrorum gestores et nuncios speciales nominamus ordinamus et constituimus per
presentes Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris con[iunctim] et (ut
prefertur) et eorum cuilibet per se divisim potestatem generalem et mandatum speciale
pro nobis ac vice et nominibus nostris venerabilem et egregium virum Jacobum
Mountagu sacre theologie Doctorem Regie Capelle decanum in Episcopum et
Pastorem prefate ecclesie Cathedralis Wellen. per nos electum ac etiam ipsiusque de potestate
nostra ad consentiendum electioni de persona sua ad Episcopatum Bathon. et Wellen.
facte et celebrate debita cum instantia petend. obtinend. et impetrand. Necnon
Certificatorium de et super huiusmodi electione sua per nos facta et celebrata sub sigillo
nostro Communi sive Capitulari concept. precellentissimo serenissimoque in Christo principi
ac domino domino nostro Jacobo dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi
fidei defensori etc. ecclesie Cathedralis Wellen. predicte fundatori et patrono presentand.
et exhibend. eiusque assensum et consensum Regalem et patronalem in ea parte
humiliter implorand. ac processum electionis huiusmodi et personam sic (ut prefertur)
electam Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Richardo providentia divina
Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve
Commissario aut alii Judici in hac parte competenti cuicumque presentand. et
exhibend. suamque Reverendissimam paternitatem aut eius Commissarium
seu alium in hac parte Judicem competentem quemcumque de qualitatibus et
circumstantiis huiusmodi electionis ac omnibus et singulis aliis quibuscumque huiusmodi
electionis negotium personam electam et eligentes quovismodo tangentibus et con-
cernentibus debite instruendi et informandi dictam electionem confirmari petend.
et obtinend. atque de et super premissis omnibus et singulis in animas nostras
fidem faciendi et iurandi Sententiam sive Sententias diffinitivas et inter-
locutorias seu alia quecumque decreta in hoc negotio ferri promulgari et inter-
poni etiam petendi et obtinendi dictique confirmationis negotium usque ad et in
finalem et effectualem expeditionem eiusdem inclusive prosequend. ac processus
approbari ratificari et confirmari administrationemque omnium et singulorum bonorum
spiritualium et temporalium eidem Electo committi petend. et obtinend. Et generaliter
omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis aut circa
ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna etiamsi de se mandatum exigant
magis speciale quam superius est expressum Promittimusque nos ratum gratum et

et firmum perpetuo habitur totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis nominibus nostris fecerit in premissis Et cautionem sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum in ea parte exponimus per presentes In cuius rei testimonium Sigillum nostrum Commune sive Capitulare presentibus apponi fecimus Dat in domo nostra Capitulari vicesimo nono die mensis Martij Anno Regni domini nostri Jacobi dei gratia Anglie ffrancie et hibernie Regis fidei defensoris etc. Sexto et Scotie Quadragesimo primo Annoque domini Millesimo sexcentesimo octavo.

Citatio contra oppositores

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet constitutis Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali Bathon et Wellen per mortem naturalem Reverendi patris domini Johannis Still ultimi Episcopi et Pastoris ibidem Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Wellen pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda Certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes Venerabilem virum Jacobum Mountagu sacre theologie professorem et Capelle Regie decanum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Wellen et Sedis Episcopalis Bathon et Wellen Episcopum et Pastorem elegerint: Cumque Serenissimus in Christo princeps et dominus noster dominus Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et hibernie Rex fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri domini Electi facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes Regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit Mandando quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accomoda prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horas locum et effectum infrascriptos evocandos et citandos fore decrevimus Justitia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. Jurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens Omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quorumque in ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London predicta die Veneris decimo quinto viz die mensis instantis Aprilis inter horas primam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium (si oporteat) in ea parte faciendis Contra dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua sibi putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus Quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario predicto comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non nos nihilominus in dicto confirmacionis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus ac iusticiam ministrabimus seu sic procedet ac iusticiam ministrabit vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absencia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem auditorem vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus Dat. undecimo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo Et nostre Translacionis Anno quarto.

Certificatorium sive execucio eiusdem citacionis

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Vestrove vicario in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissario vestro in hac parte cuicumque Vester humilis et devotus Richardus Higge literatus vir ad infrascripta exequenda mandatarius legitime deputatus omnimodas obedientiam reverentiam et subiectionem cum honore Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam Electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London retroscripti et ibidem aliquamdiu dimissi quam per publicacionem eiusdem in eadem ecclesia parochiali die Martis duodecimo viz. die mensis instantis Aprilis peremptorie citavi Quod compareant coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus dicti Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt Et preterea eisdem die et loco eisdem oppositoribus sic ut prefertur citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que imperata sunt fecerint sive non vos nihilominus aut vicarius vester in spiritualibus generalis auditor vel Commissarius vester in hac parte in huiusmodi Confirmacionis negotio procedetis seu procedet iuxta iuris exigentiam ac iusticiam ministrabitis seu ministrabit ipsorum sic citatorum et non comparentium absencia sive contumacia in aliquo non obstante In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini Arthuri Medleste presentibus apponi procuravi Et nos Arthurus auditor ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Datum decimo quarto die mensis Aprilis Anno domini Millesimo Sexcentesimo octavo./

Prima schedula

In dei nomine amen nos Thomas Crompton Miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmacionis electionis de persona venerabilis viri Jacobi Mountagu sacre theologie professoris Regie Capelle decani in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellensis et Ecclesiarum Episcopalium Bathoniensis et Wellensis electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) Contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri etc. rite legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem partis Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Wellen predict pronunciamus contumaces et ipsorum quemlibet in penam contumacie sue huiusmodi eciam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem et personam electam huiusmodi precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in huiusmodi negotio confirmationis procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam eorum sic contumacium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Tho: Crompton

Ad Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c.) sufficienter et legitime constituto aut Commissariis vestris quibuscumque in hac parte specialiter deputatis coram vobis altero quocumque Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Wellen dicit allegat et in hiis scriptis in iure proponit articulatim prout sequitur.

1 **Inprimis** Quod Sedis Episcopalis Bathon et Wellen per mortem naturalem Reverendi patris domini Johannis Still sacre theologie professoris ultimi Episcopi ibidem nuper vacare cepit et aliquandiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet.

2 **Item** Quod dicta sede Episcopali Bathon et Wellen dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Wellen predict Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis Wellen predict pro huiusmodi electione fienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predict in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet vicesimo nono die mensis Martii Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo iam currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen et Sedis Episcopalis Bathon et Wellen predict tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum Jacobum Mountagu sacre theologie professorem Regie Capelle Decanum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Wellen Episcopum et Pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4 **Item** Quod electio huiusmodi de persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Wellen predict coram clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra.

5 **Item** Quod dictus electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen et Sedis Episcopalis Bathon et Wellen predict (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per

lectis Et ponit vt supra /

Item Quod dnus venerabilis vir Jacobus Mountagu fuit et est vir prudens et discre- 6
tus eminenti scientia vita et moribus merito Commendatus liber et de legitimo matrimonio pro-
creatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon deo devotus et cultu memo-
rato apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et
famosum Et ponit vt supra

Item Quod prefati Decanus et Capitulum hmoi electionem et personam electam Sere- 7
nissimo in Christo principi et dno nro domino Jacobo Regi per lras suas patentes sigillo
eorum Communi roboratas pro officij sui debito iuxta statuta huius inclisi Regni Anglie significa-
verunt et intimarunt Et ponit vt supra /

Item Quod presentato ex parte dcorum Decani et Capli eidem Regie Sublimitati pro- 8
cessu electionis hmoi sive Certificatorio desuper fact idem Serenissimus dominus nr Rex pro
sua Clementia Regia electioni hmoi de persona prefati venerabilis viri Jacobi Mountagu (vt
prefertur) fact et celebrate consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet
illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque fuit et est verum publicum notorium
manifestum pariter et famosum Et ponit vt supra /

Item Quod dcus Serenissimus dominus nr Rex vobis prefato Reverendissimo patri 9
de Consensu et assensu suis Regijs hmoi electioni (vt prefertur) adhibitis per lras suas
patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem lrarum suarum
patentium serie vobis rogando mandavit quatinus vos electionem predcam et personam electam
hmoi confirmare et consecrare ipsumque insignijs Episcopalibus insignare et decorare ceteraque
peragere que vos in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte
editi et lrarum patentium hmoi seriem velitis cum favore Hocque fuit et est verum publicum
notorium manifestum pariter et famosum Et ponit vt supra /

Item Quod premissa omnia et singula fuerint et sunt vera publica notoria manifesta 10
pariter et famosa atque de et super eisdem laborarint et in presenti laborant publica vox
et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendum offert pars
ista proponens dcorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore
congruis et opportunis petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam con-
firmand consecrand et benedicend fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari
iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon lrarum patentium
hmoi seriem vobis in hac parte directarum Curamque Regimen et administrationem Episco-
patus Bathon et Wellen eidem domino electo Committi ipsumque in realem actualem et
Corporalem possessionem dci Epatus Bathon et Wellen Juriumque et pertinen suorum
vniversorum inducendum et inthronizandum fore decerni vlteriusque fieri et ministrari in
premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis ac statuti
huius Regni Anglie consonum supplendo defectus quoscumque in ea parte intervenientes iuxta
facultatem vobis concessam Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim
et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue pro-
bationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis
Juris beneficio in omnibus semper salvo vrum officium dne Judex addict huiusmodi implorand /

Insignissimo et egregio viro Jacobo Mountagu Certificatorium super electione
sacre Theologie Doctori Regie Capelle Decano Richardus Meredith sacre Theologie
Bachus eccle Cathis Wellen Decanus et Capitulum ibm omnem Reverentiam tanto
viro dignam cum honore Vestre dignitati tenore presentium innotescimus et significamus
Quod vacante nuper eccla Cathedrali Wellen predicta per mortem naturalem bone me-

memorie domini Johannis Still eiusdem ecclesie Cathedralis Wellen Episcopi, petita
et obtenta a Regia maiestate ecclesie Cathedralis Wellen patrono et fundatore licentia
alium in nostrum ecclesie Cathedralis predicte Episcopum et Pastorem eligendi Tandem
nos Richardus Meredeth Decanus antedictus et Capitulum dicte ecclesie auctoritate et vigore
licentie predicte vicesimo nono die instantis mensis Martij in domo Capitulari dicte ecclesie
Capitulariter ad infrascripta congregati et plenum Capitulum facientes omnibus et singulis
de Iure et Consuetudine interesse in ea parte habentibus seu habere pretendentibus
legitime vocatis citatis et monitis ad novi et futuri Episcopi ipsius ecclesie electionem rite et
legitime procedentes solemnitatibus in ea parte de Iure et Consuetudine dicte ecclesie requi-
sitis primitus observatis, spiritus sancti gratia (ut speramus) inspirati nullo reclamante
vel contradicente Et prefatum venerabilem virum Jacobum Mountague sacre theologie
doctorem Regie Maiestatis Capelle Decanum antedictum unanimi consensu uno spiritu
unico temporis contextu una voce nominavimus et elegimus in dicte ecclesie Cathedralis
Wellen Episcopum et Pastorem submisse Rogantes et supplicantes quatenus elec-
tioni huiusmodi sic (ut perfertur) per nos de persona tua facte assentire Officiumque
Episcopatus Bathon et Wellen predictum acceptare et in te suscipere digneris In
cuius rei testimonium sigillum nostrum Commune sive Capitulare presentibus apponi fecimus
Dat in domo nostra Capitulari dicto vicesimo nono die mensis Martij Anno Regni
domini nostri Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Sexto
et Scotie Quadragesimo primo Annoque domini Millesimo sexcentesimo octavo./

Instrumentum

In dei nomine amen per presens publicum Instrumentum
cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Lune Quarto videlicet die
mensis Aprilis Anno domini Millesimo Sexcentesimo octavo Regnique Serenissimi
in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie
Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc videlicet Anglie Francie et Hibernie Sexto
et Scotie Quadragesimo primo in quadam superiori Camera infra edes cuiusdam
Roberti Woulson in vico vulgariter nuncupato kingstreete infra parochiam Sancte
Margarete in Civitate Westmonasterii in Comitatu Middlesex notorie situatas in presentia
mei Johannis Cosyn Notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum
presentialiter Constitutus personaliter discretus vir Johannes Hart Notarius publicus
Alme Curie Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit
procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis
Wellen sigillo eorum Communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillatum ac inter alios
[illegible] factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem
Decani et Capituli presentavit venerabili et Reverendo viro Jacobo Mountague sacre
theologie doctori Regie Capelle Decano tunc et ibidem personaliter presenti Literas quasdam
testimoniales sive Certificatorias sigillo Communi eorundem Decani et Capituli (ut ap-
paruit) ac sub cera viridi etiam sigillatas de et super electione dicti venerabilis viri in
Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen ac Sedis Episcopalis Bathon et
Wellen facta et celebrata Eundemque venerabilem virum dominum electum instanter
instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de se et sua
persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos
eidem prebere dignaretur Qui quidem venerabilis vir dominus electus Bathon et
Wellen antedictus sic requisitus et interpellatus prehabita primitus per eum matura de-
liberatione Electioni predicte de se et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate
consentiebat ac Consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis que
in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continebantur Cuius
quidem schedule tenor sequitur et est talis videlicet In dei nomine amen Ego Jacobus
Mountague sacre theologie doctor Regie Capelle Decanus in Episcopum et
Pastorem ecclesie Cathedralis Wellen et Sedis Episcopalis Bathon
et Wellen rite et legitime nominatus et electus ad consentiendum huiusmodi
electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte
et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclesie Cathedralis

instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis Clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic ut premittitur facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis patris filii et spiritus Sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus venerabilis vir dictus electus quam memoratus Johannes Hart procurator antedictus me prefatum Notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub anno domini Regnique Regie maiestatis mensesque die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem Gerardo Wood Clerico artium magistro Jacobo Risley generoso et Johanne Drake Notario publico testibus ad premissa videnda audienda et testificanda vocatis et specialiter requisitis

Et ego Johannes Coston London diocesis natus publicus auctoritate sufficienti Notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus

Per me Johannem Coston Notarium publicum antedictum

In dei nomine Amen Nos Thomas Crompton Miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris ac domini domini Richardi providentia Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alia ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et Constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Jacobi Mountagu sacre theologie professoris Regie Capelle decani in episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Wellensis et Ecclesie Cathedralis Bathoniensis et Wellensis electi facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Wellensis predicte pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie sive diffinitive sive vero finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive Contumacia in aliquo non obstante Tho: Crompton

Citationis Schedula

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Crompton Militem legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani necnon Commissarium inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam Cause sive negotii confirmationis electionis

Sententia

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars ista proponens decani et Capituli predictorum se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis petitque eadem pars electionem predictam et personam electam confirmandam fore decerni et in effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon literarum patentium Regiarum huiusmodi seriem vobis in hac parte directarum Curamque Regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Lincolniensis eidem domino electo et confirmato committi ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Lincoln iuriumque honorum dignitatum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decerni ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis supplendo defectus quoscunque in ea parte intervenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis iuris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domini iudicis humiliter implorando./

Certificatorium super electione per decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Lincoln

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et Metropolitano vestri humiles Laurentius Staunton sacre theologie professor decanus ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln et Capitulum eiusdem ecclesie omnimodam obedientiam et reverentiam tanto patri debitas cum honore condigno Vestre Reverendissime paternitati presentibus literis intimamus quod nos prefati decanus et quidem Canonici dicte ecclesie Capitulum facientes literas Regie maiestatis nuper vizt decimo tertio die instantis mensis Maii cum omni subiectionis honore recepimus tenorem in se subsequentem complectentes Jacobus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. dilectis nobis in Christo decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Lincoln Salutem Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum ut cum ecclesia predicta per mortem naturalem ultimi Episcopi ibidem vacet et pastoris sit solacio destituta alium vobis eligendi in Episcopum et Pastorem licentiam nostram fundatoriam vobis concedere dignaremur Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati alium vobis duximus concedendam Rogantes quod talem vobis eligatis in Episcopum et Pastorem qui deo devotus nobisque et Regno nostro utilis et fidelis existat In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westm nono die Maii Anno Regni nostri Anglie Francie et Hibernie sexto et Scotie Quadragesimo primo. per breve de Privato Sigillo etc. [illegible]

Quas quidem literas auctoritate et vigore nos prefati decanus et Capitulum in domo Capitulari dicte ecclesie Cathedralis predicto decimo tertio die instantis mensis Maii capitulariter congregati et Capitulum facientes diem Sabbati vicesimum primum diem dcm mensis Maij nobismetipsis et cunctis Canonicis Residentiariis et non Residentiariis Prebendariis et confratribus nostris eiusdem ecclie omnibusque et singulis aliis (si qui sint) vocem seu interesse pretendentibus ad electionem futuri Episcopi dicte ecclie Cathedralis in domo Capitulari eiusdem ecclie celebrand cum continuacone et prorogacone dierum tunc sequen (si oporteat) processur et procedi visur in eodem electionis negotio usque ad et in finalem expeditionem eiusdem ac alia omnia et singula in dicto electionis negotio faciend exercitur et expeditur que in eodem necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna statuimus decrevimus et prefiximus cum intimacone eis insuper fiend quod sive dictis die et loco comparuerint sive non Nos decanus et Capitulum antedict ad huiusmodi electionem dictis die et loco (ut premittitur) assignatis procedere intendimus absentium quorumcunque contumaciis sive negligentia in aliquo non obstantibus prout in lris nris citatoriis sigillo nro communi sigillatis ad quas nos referimus plenius continetur Quarum tenor sequitur et est talis **Decanus** et Capitulum ecclie Cathedralis bte Marie Lincoln dilecto nobis in Christo Georgio Huddleston Clerico Sacriste ecclie Cathedralis predict et Humphrido Horobin literato Apparitori nostro Iurato Salutm Cum dicta ecclia Cathedralis per mortem naturalem reverendi in Christo patris ac domini domini Willmi ultimi Epi ibm defuncti iam sit pastoris solatio destituta et ne eadem ecclia propter suam vacaconem diutinam gravem patiatur in spiritualibus et temporalibus lesionem: Nos decanus et Capitulum ecclie Cathedralis predict in Capitulo nostro die dat presentium convenien et Capitulum propter electionem futuri Epi nostri specialiter faciend post diversos inde tractat diem Sabbi proximum primum viz diem mensis instantis Maij ad procedend tunc in domo nra Capitulari (deo dante) ad electionem futuri Epi nostri cum continuacone et prorogacone dierum tunc sequen (si opus fuerit) prefiximus et assignavimus ac omnes Confratres nostros ipius ecclie Lincoln Canonicos et prebendas in eadem obtinentes ad comparendum et interessendum ac ad procedendum una nobiscum in predicto electionis negotio in domo nra Capitulari predict prefato vicesimo primo die mensis Maij predict iuxta eiusdem ecclie statuta et laudabiles consuetudines hactenus in huiusmodi negotiis usitat et pariter observat peremptorie vocand et citand fore decrevimus tunc et ibidem Quocirca vobis con et di tenore presentium committimus et mandamus firmiter iniungendo quatenus iuxta laudabilem Consuetudinem dicte ecclie nre Cathedr Lincoln in ea parte usitat et observatam omnes et singulos dicte ecclie Cathedralis Canonicos et prebendarios Confratres huic inferius subscript qui volunt et possunt in huiusmodi electionis negotio commode interesse in stallis prebendarum suarum huiusmodi in Choro ecclie Cathedralis predict vel alibi iuxta Consuetudinem ecclie Cathedralis predict citetis seu citari faciatis peremptorie Quod si et quatenus sua putaverint interesse aut quisque eorum suum putaverit interesse prefato vicesimo primo die instantis Maij predict in dicta domo Capitulari Lincoln legitime et sufficienter compareant et quilibet eorum compareat ad tractandum de electione memorata et eligend una nobiscum novum sive futurum Episcopum et ad ulterius faciendum et procedendum in eodem electionis negotio iuxta iuris exigentiam et dicte ecclie Consuetudinem necnon huiusmodi negotii naturam et qualitatem Intimantes eis et eorum cuilibet quod dicto vicesimo primo die instantis mensis Maij predict hora capitulari consueta sive comparuerint sive non nos in dicto electionis negotio ac omnibus et singulis actibus eiusdem usque ad et in ipius finalem expeditionem inclusive prout iustum fuerit procedere intendimus ipsorum sic citatorum absentiis sive contumaciis in aliquo non obstantibus Et quid in premissis feceritis nos dictis die hora et loco unacum presentibus debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus Dat in domo nostra Capitulari Lincoln sub Sigillo nro decimo tertio die mensis Maij Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo / 1608 /

Willimum Swaddon Prebendarium de Misbury Robertum Taylor Pre-bendarium de Corringham Laurentium Chadderton Prebendarium de Heydor cum Waltham Johannem Comthorpe Prebendarium de Asgar-by Thomam Barton Prebendarium de Farrendon Thomam Clarkson Prebendarium de Thorngate Christopherum Toderick Prebendarium de Leighton Bozard Robertum Preston Prebendarium Sancti Botolphi Hamletum Marshall Prebendarium Omnium Sanctorum Johannem Jackson Prebendarium de Leighton ecclesia Arthurum Wright Prebendarium Sancti Martini Edwardum Wickham Prebendarium de Carlton cum Thurlby Valentinum Carey Prebendarium de Stowe Longa Johannem Aighton Prebendarium de Ketton Johannem Martin Prebendarium de Bedford minori Clementem Martin Prebendarium de Welton Brinkhall Thomam Randes Prebendarium de Langford ecclesia Edwardum Dermin Prebendarium de Brampton Amos Bedford Prebendarium de Welton Westhall Thomam Sparke Prebendarium de Sutton in Marisco Richardum Clayton Prebendarium de Leicester Laurentium Stanton Prebendarium Centum solidorum Robertum Hovendon Prebendarium de Clifton Willimum Welsant Prebendarium de Liddington Thomam Froare Prebendarium de Norton Episcopi Georgium Eland Prebendarium de Stoke Johannem Harding Prebendarium de Milton Manor Edwardum Archpoole Prebendarium de North Kelsey Willimum Mason Prebendarium de Bedford Majori Johannem Fermery Prebendarium de Welton Paynshall Franciscum Annington Prebendarium de Welton Beckhall Richardum Kellett Prebendarium Sancte Crucis Robertum Williamson Prebendarium de Crakepoole Thomam Griffin Preben-darium de Scarle Willimum Smith Prebendarium de Bugden Richardum Tunswell Prebendarium de Luda Johannem Chippingdale Prebendarium de Welton Rivall Michaelem Reniger Prebendarium de Empingham [illegible] Hill Prebendarium de Gretton Johannem Hanson Prebendarium de Nassington Jacobum Damon Prebendarium de Biglesweade Robertum Tondall Prebendarium de Dunham Georgium Hyndleston Prebendarium de Lafford Rogerum Parker Prebendarium de Caister Thomam Bulling-ham Prebendarium de Scamelsby Henricum Clifford Prebendarium de Langford Manor Mardocheum Bownell Prebendarium Sexaginta solidorum Abrahamum Fowcham Prebendarium de Stowe in Lindsey Edmun-dum Culpeper Prebendarium de Marston Robertum Tigh Prebendarium de Carlton Kime Richardum Kelby Prebendarium de Milton ecclesia Johannem Gill Prebendarium de Kildesby **Quo quidem** die Sabbothi vicesimo primo viz. die mensis Maij advenientibus Nos Decanus et Capitulum ecclesie viz. Laurentius Stanton sacre theologie pro-fessor Decanus ecclesie Cathedralis predicte ac Prebendarius Centum solidorum Georgius Eland sacre theologie Bacchalaureus dicte ecclesie Cathedralis Cancellarius et Prebendarius de Stoke Michael Reniger sacre theologie professor dicte ecclesie Subdecanus et Prebendarius de Empingham Richardus Tunswell Prebendarius de Luda Canonici Residentes dicte ecclesie in magna eiusdem ecclesie Residentia constitut' ratificantes decretum predictum pro Citacione Canonicorum predictorum Necnon magister Hamletus Marshall Prebendarius Omnium Sanctorum Thomas Randes Prebendarius de Langford ecclesia Amos Bedford Prebendarius de Welton Westhall Georgius Hyndleston Prebendarius de Lafford Arthurus Wright Prebendarius Sancti Martini Thomas Griffin Prebendarius de Scarle Franciscus Annington Prebendarius de Welton Beckhall personaliter in domo Capitulari ecclesie Cathedralis predicte dicto die Sabbothi ad hec sit premissa limitat' hora capi-tulari post pulsationem campane fieri quod moris est in ea parte convenientes

[illegible] et

et Capitulariter congregati et Capitulum ad effectum infrascriptum faciend facto primitus Certificatorio de et sup execucone lrarum Citatoriarum predcarum p Humphridum Horobin literatum Apparitorem nrm eandem qui citasse secundum Consuetudinem eiusdem eccle in hmoi electionibus usitat omnes et singulos Canonicos ipius eccle prebendas in eadem obtinentes iuxta vim formam et effectum predcarum lrarum Citator et quod lre Citatorie ad stall dcorum Prebendariorum a die Sabbi decimo quarto vizt dci mensis Maij predict usq in diem Veneris vicesimum vizt diem eiusdem mensis Maij steterunt fixe (mediante Juramento suo corporali coram nobis in dco hmoi electionis prestito) debite certificavit) Quo Certificatorio sic facto Nos Decanus et Capitulum antedictum tam vice et nomine nostris quam vice nomine et consensu omnium et singulorum Canonicorum confratrum nostrorum tunc et ibm congregatorum omnes et singulos alios Canonicos et confratres nostros in dca eccla Cathedrali prebendat (ut predicitur) citat in spie et nominatim tunc et ibm preconizari fecimus ac deinde proclamacoibus publice et in gne de mandato nostro speciali incontinenti ad ostium dce domus Capitularis sufficienter et ltime fact quod omnes et singuli (si qui sint) ius aut voces seu interesse quodcumq in hmoi electione de iure vel Consuetudine habentes seu habere pretendentes ad dcos diem et locum superius limitat nobiscum decano et Capitulo antedictis accederent ius et interesse sua (si que hmoi habeant) tunc et ibm prosequtur aliaq factur negotium electionis pdce quovismodo concernen Ad quas quidem preconizacionem et proclamacionem (nemine alio iuxta effectum earundem comparenti) Nos Decanus et Capitulum andict ad infrascripta ltime deputati tam vice et nomine nostris quam vice nomine et de consensu omnium et singulorum confratrum nostrorum capitular (ut premittitur) congregator omnes et singulos ius voces aut interesse in hmoi electionis negotio habentes seu se habere pretendentes ac nullo alio tunc et ibm comparentes pronunciavimus contumaces seu negligentes et in penam contumaciarum seu negligentiarum suarum hmoi decrevimus procedendum fore in eodem negotio ipsorum absentiis sive negligentiis in aliquo non obstan Quibus sic gestis Ego decanus antedict tam vice et nomine meis quam vice nomine et consensu omnium et singulorum confratrum meorum supradictorum Capitulariter (ut premittitur) congregatorum quasdam monicionem atq protestacionem simul in scriptis redact feci legi et interposui subsequenti verborum tenore **In dei noie amen** ego Laurentius Staunton sacre theologie Professor decanus istius eccle Cathedralis bte Marie Lincoln vice et noie meis ac vice et nomine omnium confratrum meorum hic capitular congregatorum ius et interesse in electione futuri Episcopi dce eccle Cathedralis habentium de meo et eorum decreto fact moneo palam publice et expresse oes et singulos suspensos excoicatos et interdictos necnon alios quoscumq hic psentes qui de iure vel consuetudine aut alia quavis racone in instanti electionis negotio interesse non possunt vel non debent quod statim ab ista domo Capitulari recedant meq et alios ius et voces in hmoi electione habentes libere eligere pmittant Protestor etiam vice et nomine quibus supra quod non est mea nec alicuius de dco Capitulo intencio sive voluntas quovismodo tales admittere tanquam ius et voces in hmoi electione habentes aut aliqualiter eligentium eiusdem Immo volo et vult quilt de Capitulo pdco quod voces talium si forsan in hmoi electione affuisse postmodum reperiantur nulli prestent suffragium nec aliem afferunt nocumentum sed pro sic pro non receptis et non habitis omnino habeantur Ac volo et vult quilt de Capitulo predict quod hmoi electio nostra futura ex votis et vocibus eorum dumtaxat subsistat in quibus ius eligendi hac vice dinoscit residere **Quibus** quidem monicone et protestacone sic factis lectis et interpositis discretum virum Thomam Thirropp Notarium publicum Clericum nostrum Capitularem in scribam et

actuar

Ambrosium Vernon honestos viros Franciscum Bukingham Johannem
Harris et Radulphum Smith Notarios publicos Thomam York et Hum-
phredum Horobin literatos in testes huiusmodi electionis negotio et quos huius-
modi in eodem nostro unanimi consensu et assensu nominavimus et
assumpsimus ac propterea inibi nobiscum personaliter remanere Postmodum
vero nos Decanus et Capitulum antedicti (Capitulariter ut premittitur congregati)
statim tunc et ibidem nullo nostrum dissentiente nulloque penitus tractatu inter-
veniente Reverendum in Christo patrem et dominum dominum Willelmum Barlowe sacre
theologie Professorem providentia divina Roffen Episcopum viva voce nostra con-
corditer direximus ipsumque eligendum fore in Episcopum dicte ecclesie Cathedralis
Lincoln pro ea vice communiter nominavimus et incontinenti prefatus magister
Laurentius Stanton Decanus ac Prebendarius antedictus habens in se et
a nobis auctoritatem in ea parte sufficientem vice et nomine suis ac vice nomine
et consensu omnium et singulorum nostrum eundem dominum Willelmum Barlowe
solempniter elegit et nominavit sub tenore verborum sequente **In dei nomine
Amen** ego Laurentius Stanton sacre theologie professor Decanus istius
ecclesie Cathedralis Lincoln ad infrascripta per confratres meos Capitulum
eiusdem ecclesie Cathedralis hic capitulariter congregatos legitime deputatus Re-
verendum in Christo patrem et dominum dominum Willelmum Barlowe sacre theolog-
professorem virum utique providum et discretum in ordine sacerdotali con-
stitutum de et in legitimo matrimonio procreatum in spiritualibus et temporali-
bus circumspectum in Episcopum et Pastorem dicte ecclesie Cathedralis beate Marie
Lincoln per nos prefatos Decanum et Capitulum per viam quasi Spiritus
sancti nominatum vice et nomine meis necnon et nomine eiusdem Capituli in e-
undem et dicte ecclesie Cathedralis Lincoln Episcopum Eligo in dominum in hiis scriptis
Quam quidem Electionem sic ut premittitur celebratam nos Decanus
et Capitulum antedicti tam vice et nomine nostris quam unanimi voluntate et
Consensu omnium et singulorum confratrum nostrorum suprascriptorum capitu-
lariter ut premittitur congregatorum ad gradus et locum in quo publicationes
electionum huiusmodi fieri et exponi solebant in ecclesia Cathedrali predicta clero
et populo tunc et ibidem congregatis publicavimus **Que** omnia et
singula premissa vestre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus
atque huiusmodi Certificamus devotis precibus supplicantes quatenus pre-
electioni nostre confirmationem vestram Archiepiscopalem dignemini gra-
tiose impendere ac in eodem electionis negotio ulterius procedere ac perfi-
cere prout vestre Reverendissime paternitati videbitur in ea parte expedi-
ens ad et in finalem expeditionem eiusdem Et ut vestra Reverendissima paterni-
tas evidentius cognoscat Nos in nostra huiusmodi petitione unanimes extitisse et
concordes presens nostre electionis decretum sive processum signo et subscriptione
Notarii publici infrascripti ac nostri Capitularis signari et subscribi
nostrique Sigilli Communis appensione fecimus communiri **Acta**
fuerunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur sub anno
domini mense diebus et locis predictis presentibus tunc et ibidem testibus supra-
scriptis ad ea vocatis specialiter et requisitis Et quoad sigilli nostri communis
appensionem in domo nostra Capitulari antedicta vicesimo tertio die mensis
Maii antedicti Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo. 1608

Et ego Thomas Ettyrroppe Eboracensis diocesis oriundus publicus auctoritate
sufficienti Notarius ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln Clericus capitularis
in prescripto electionis negotio Actuarius Quia electioni predicte processui
predicto ceterisque premissis omnibus et singulis dicto vicesimo primo die Maii
ac citra factis et gestis presens personaliter interfui eaque omnia et singula
sic fieri vidi scivi et audivi Ideo hoc presens electionis decretum sive processum
partim manu mea propria partim aliena (me interim aliunde occupato)

conscript exinde confeci publicavi conscripsi et in hanc publicam formam redegi Signoque nomine et cognomine meis solitis et consuetis subsignavi meque hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id rogatus specialiter et requisitus / per me Thomam Kyrroppe Notarium publicum Clericum Capitularem et Actuarium eundem /

Instrumentum

In dei noie amen Per hoc presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Mercurii octavo viz. die mensis Junij Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc. Sexto et Scotie Quadragesimo primo In edibus Reverendi in Christo patris domini Willielmi permissione divina Roffensis Episcopi in Claustro ecclesie Collegiate Beati Petri Westm situatis in mei Johannis Coston Notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentijs constitutus personaliter discretus vir magister Franciscus Bullingham Armiger exhibuit procuratorium suum literarie pro venerabilibus viris decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Beate Marie Lincoln sigillo eorum Communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat ac inter alios constitutum et deputatum factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit prenominato Reverendo in Christo patri domino Willielmo Barlowe Roffensi Episcopo tunc et ibidem personaliter presenti Quasdam literas testimoniales sive Certificatorias Sigillo Communi eorundem decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillatas de et super electione dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln predicte facta et celebrata Eundemque Reverendum patrem dominum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiret ac consensum et assensum suos eidem preberet Qui quidem Reverendus pater dominus Episcopus Electus Lincoln antedictus sic requisitus et interpellatus Primo et ante omnia Summas gratias agens deo optimo maximo honoris omnium largitori Cuius gratia et providentia ad tam eminentem in ecclesia Christi locum et insignem honoris gradum vocatus sit Tum Serenissimo domino Regi qui ipsum dictis decano et Capitulo Commendare dignatus fuerit Deinde Reverendissimo in Christo patri domino Richardo Cantuariensi Archiepiscopo Cuius solius suffragia et testimonium apud optimum Regem in conferenda hac dignitate plurimum valuerunt Postremo eisdem decano et Capitulo qui cum tam gratis animis unanimiter elegerunt licet se (ut asseruit) tanto muneri indignum indicaret: Tamen ne et divine voluntati et Serenissimi Regis de se approbationi minime obtemperasse videretur deum ulterius precatus ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandam nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurandam Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis tenorem sequentem de verbo in verbum in se complectentibus viz. **In dei noie amen** Ego Willielmus Barlowe permissione divina Roffensis Episcopus in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln rite et Canonice nominatus et Electus atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum decani et Capituli eiusdem ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem dei omnipotentis Patris filij et Spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis Super quibus premissis omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater dominus electus quam memoratus magister Franciscus Bullingham procurator antedictus me Notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Acta

fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur
sub Anno domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis
Presentibus tunc et ibidem Georgio Kemelton et Willelmo Orwell generosis
et Johanne Drake Notario publico testibus ad premissa rogatis specialiter et requisitis./

Et ego Johannes Boston London diocesis natus publicus auctoritate
sufficienti Notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur)
sub annis domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis agebantur
et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia
et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et
audivi aliaque in notam sumpsi: Ideo hoc presens publicum instrumentum manu
alterius (me interim aliis impedito negotiis) fideliter scriptum exinde confeci
ac in hanc publicam et authenticam formam redegi Signoque nomine cognomine
et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et
testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus.
per me Johannem Boston Notarium antedictum

Secunda Schedula

In dei noie amen Nos Thomas Crompton Miles legum
Doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina
Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani
Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius
inter alia ad infrascripta et dicti Reverendissimi patris specialiter et legitime deputatus et constitutus
in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris
domini Willelmi Barlowe sacre theologie Professoris Roffensis Episcopi in
Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln electi facte et
celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint)
qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte
electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis
istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma
dicturos excepturos et opposituros alias legitime et peremptorie citatos sepius publice
preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes
nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid
dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris
Decani et Capituli ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln predicte
pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus
procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis
decreti in huiusmodi negotio ferende ipsorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante./ Tho: Crompton./

Sententia

In dei noie amen auditis visis et intellectis ac plenarie et
mature discussis per nos Thomam Crompton Militem legum Doctorem Reverendissimi
in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina
Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium
in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter
alios ad infrascripta eiusdem et dicti Reverendissimi patris specialiter et legitime deputatum et constitutum
meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis
electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Willelmi Barlowe
sacre theologie professoris Roffensis Episcopi in Episcopum et Pastorem
ecclesie Cathedralis beate Marie Lincolniensis electi facte et celebrate Quod coram
nobis in Iudicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet
indecisum Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis
in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque
per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis
ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in

Confirmacionis negotio ferenus sic duximus procedendum fore et procedimus
in hunc qui sequitur modum Quia per acta inactitata deducta allegata
proposita exhibita probata et confessata coram nobis in huiusmodi confirmacionis ne-
gotio comperimus luculenter et invenimus electionem predictam per Decanum
et Capitulum ecclie Cathedralis bte Marie Lincoln predict de prenominato
Reverendo patre domino Willmo Barlowe electo huiusmodi viro religioso provido et
discreto vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato
aliisque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam
et celebratam nihilque eidem Reverendo patri Electo huiusmodi de institutis canonicis
obviasse quominus in Episcopum Lincolniensem auctoritate dicti Reverendissimi patris
merito debeat confirmari **Idcirco** nos Thomas Crompton Miles legum
doctor Vicarius in spiritualibus generalis Officialis principalis et Commissarius ante-
dictus sic (ut premittitur) specialiter constitutus (attentis premissis et aliis vir-
tutum meritis super quibus prefatus Electus Lincoln Episcopus fidedigno commenda-
tur testimonio) Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum deum ocu-
lis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus
in hac parte communicavimus Prenominatam electionem de eodem Reverendo patre
domino Willmo Barlowe Roffensi Episcopo factam et celebratam auctoritate
qua fungimur confirmamus defectusque quoscumque in dicto confirmacionis
negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure
possumus supplentes et supplemus Necnon curam Regimen et administracionem
spiritualium dicti Episcopatus Lincolniensis eidem domino electo et confirmato
committimus ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti
Episcopatus Lincolniensis Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum
et pertinentium suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archi-
diaconum Cantuarien seu eius deputatum iuxta ecclie Cathedralis beate Marie
Lincolniensis predict morem et Consuetudinem (legibus et statutis huius
Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc
nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam
sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis Tho: Crompton

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum
Venerabilem virum dominum Thomam Crompton Militem
legum doctorem Vicarium in spiritualibus generalem &c ac Commissarium
&c predicti Reverendissimi in Christo patris domini Richardi
Cantuarien Archiepiscopi &c die Lune vicesimo septimo die
mensis Junii Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo in Ecclesia
parochiali Beate Marie virginis de Arcubus London inter
horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei ad
petitionem magistri Francisci Bullingham procuratoris decani
et Capituli ecclie Cathedralis bte Marie Lincoln et presentia
mei Johannis Goston Notarii publici &c Cum quibus &c
testibus &c presentibus tunc et ibm testibus in actu memoratis &c

Roffen

Mandatum ad inthronizandum

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepiscopus
totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta authoritate
Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus literis Commissionalibus
patentibus Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi
dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c)
sufficienter et legitime fulcitus Honorabili viro Carolo Fotherby sacre theol
Bacc Archidiacono nostro Cantuarien in ecclia nostra Cathedrali et Metropolit
Christi Cantuarien Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali Lincoln
per obitum bone memorie domini Willimi Chadderton ultimi Episcopi et
Pastoris ibm decanus et Capitulum ecclie Cathedralis bte Marie Lincoln predict
(licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo
prem

patrem dominum Willelmum Barlowe sacre theologie professorem Roffen' Episcopum
in eorum et dicte ecclesie Cathedralis beate Marie Lincoln predict' Episcopum et Pastorem
elegerint et ecclesie Cath' predict' de eodem providerint Nosque etiam eo Electionem
predictam de persona prefati reverendi patris (ut premittitur) factam et celebratam
et personam sic electam (servatis de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea
parte servandis) auctoritate qua supra rite et legitime confirmaverimus eidemque con-
firmato Curam Regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Lincoln'
Commiserimus Ipsumque sic electum et confirmatum in realem actualem et corporalem
possessionem dicti Episcopatus Lincoln' Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et
pertinentium suorum universorum inducendum installandum et inthronizandum fore decrevimus
Justitia mediante Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum
Reverendum patrem dominum Willelmum Barlowe sic (ut prefertur) electum et
confirmatum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem
et corporalem possessionem dicti Episcopatus Lincoln' Juriumque dignitatum honorum
preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes seu
sic induci installari et inthronizari facias eumque eiusdem Cathedramque sive sedem
Episcopalem in dicta Cathedrali beate Marie Lincoln predict' Episcopo ibidem assignari solit'
sibi soli ut moris est assignes et eum in nomine domini nostri Jesu Christi imponas
prout decet Juribus et Consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie
nostre Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant' predict' necnon dicte Cathedralis beate Marie
Lincoln predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In cuius
rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus
Dat' vicesimo septimo die mensis Junij Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo
Et nostre Transl' Anno quarto./

Roffen

Acta habita et facta in negotio Confir-
mationis electionis de persona venerabilis viri Richardi
Neile sacre theologie professoris in Episcopum et Pastorem
ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen'
electi die Sabbathi Octavo viz' die mensis Octobris Anno
domini Millesimo sexcentesimo octavo Regnique Serenissimi
in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia
Anglie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sexto
et Scotie Quadragesimo secundo in ecclesia parochiali beate
Marie virginis de Arcubus London ecclesie Christi
Cant' Jurisdictionis immediate inter horas secundam et 4^am
post meridiem eiusdem diei Coram venerabili et egregio
viro domino Thoma Crompton Milite legum doctore
Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi
providentia divina Cantuarien' Archiepiscopi totius Anglie Prima-
tis et Metropolitani vicario in spiritualibus generali et
Officiali principali necnon Commissario inter alios ad
infrascripta con' et di' speciali et legitime deputato et con-
stituto in presentia mei Johannis Cosson Notarij
publici &c

Dictis die et loco atque inter horas predictis
presentatis coram prefato venerabili et egregio viro domino Thoma
Crompton Milite legum doctore et vicario &c ac Commissario &c Judicialiter
et pro Tribunali sedente Literis patentibus Regijs de assensu suo Regio &c
supranominato Reverendissimo in Christo patri inscriptis et directis necnon
Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro
et alijs con' et di' in hac parte factis &c per me prefatum Johannem
Cosson Notarium publicum auditum de mandato dicti domini Thome

Crompton publice lectis Idem dominus Thomas Crompton obedientiam et
reverentiam dicti domini nostri Regis et memorabili Reverendissimi patris
acceptavit ac secundum exigentiam dictarum literarum patentium et Commissionis
et decrevit procedendum fore iuxta tenorem formam et effectum earundem
Deinde comparuit discretus vir magister Notarius publicus
Almeque Curie Cant. de Arcubus London procuratorum generalium unus et
exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris decano et
Capitulo ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen sigillo eorum
Communi (ut apparuit) sigillat. et fecit se partem pro eisdem Ac nomine
procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eidem domino Thome
Crompton vicario in spiritualibus generali et Commissario antedicto venerabilem
virum Richardum Neile sacre theologie doctorem in Episcopum et Pastorem ecclesie
Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen predicte electum et ipsum e
Regione Confirmantis sistebat Et tunc dictus magister
exhibuit mandatum Citatorium originale alias contra oppositores in huiusmodi
negotio emanat. unacum Certificatorio indorso super executione eiusdem et
petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus
tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus
prefatus magister procurator antedictus accusavit contumacias eorum omnium
et singulorum sic (ut prefertur) ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum et
modo predicto preconizatorum diuque et sufficienter expectatorum et nullo modo
comparentium nec aliquid in hac parte dicere excipere vel opponere curantium
et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces &c Ad cuius petitionem
dictus dominus Thomas Crompton pronunciavit eos omnes et singulos
sic citatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparentes nec ali-
quid in hac parte dicere excipere vel opponere curantes contumaces et
in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra
dictam Electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis
et eorum cuilibet preclusit necnon ad ulteriora in dicto confirmationis ne-
gotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per
eum tunc lecta plenius continetur Quibus sic gestis prefatus magister
procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem
citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis
quam petiit admitti &c qua quidem summaria petitione per me prefatum
Johannem Coston de mandato dicti domini Thome Crompton publice
lecta Idem dominus Thomas Crompton ad petitionem dicti magistri
Burroughe admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure fuit
admittenda et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et a-
ssignavit eidem magistro Burroughe ad probandum contenta in dicta
summaria petitione ad statim Et tunc dictus magister Burroughe procurator
antedictus in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione
exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat.
magno sigillo Anglie sigillatas per quas apparuit memoratos decanum
et Capitulum ecclesie Cathedralis predicte prenominatum venerabilem
virum Richardum Neile in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Roffensis
Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque maiestatem eidem electioni assensum
suum Regium adhibuisse Ac etiam exhibuit totum et integrum processum
in dicto negotio electionis habitum et factum in forma publici Instrumenti
conceptum necnon Certificatorium sive literas testimoniales de et super
electione eiusdem venerabilis viri in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis
predicte sigillo Communi eorundem decani et Capituli respective
sigillat. eidem venerabili viro directas Et similiter exhibuit Instrumentum
publicum de et super consensu eiusdem venerabilis viri eidem electioni ad-
hibito et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis

fore vera

fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius peticionem prenominatus dominus Thomas Crompton assignavit ad audiendum sententiam ad statim. Consequenter vero facta alia trina vice publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum etc. et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte opponere curantium dictus dominus Thomas Crompton ad peticionem prefati magistri Burroughe accusantis contumaciam etc. pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad peticionem eiusdem magistri Burr. decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem dominum Thomam Crompton lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque iuramento per prefatum venerabilem virum Richardum Neile dominum electum ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate obedientia et subiectione Serenissimo domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestanda ac de renunciando omnimode foranee iurisdictioni etc. iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi necnon de licita et canonica obedientia prenominato Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cant. et successoribus suis ac quam de symonia non commissa pro vel de promotione sive acquisitione Episcopatus Roffen predicti iuxta Canonem in ea parte editum etc. Prefatus dominus Thomas Crompton ad peticionem dicti magistri Johannis Burroughe porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et iustitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis conceptum pronunciando decernendo declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur. Super quibus omnibus et singulis tam dictus dominus electus quam memoratus magister Burroughe procurator decani et capituli predicti me Notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Deinde prefatus dominus Thomas Crompton ad peticionem tam dicti domini electi quam memorati magistri Johannis Burroughe procuratoris antedicti decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supraspecificatis gestis et expeditis fieri et liberari. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Thoma Sanderson sacre theologie professore Archidiacono Roffen Richardo Butler sacre theologie Professore Roberto Master Edmundo Pope et Willelmo Ingram legum doctoribus Gabriele Grant sacre theologie Baccalaureo Ireland in artibus magistro Johanne Osborne et Georgio Smithe generosis Simone Theloall Rogero Cole Henrico Fremonger Johanne Drake Johanne Walsall Jacobo Tayler et Richardo Brigham Notariis publicis ac Willelmo Orlin et Jacobo Park literatis et multis aliis testibus etc. Tenores vero tam literarum patentium Regie maiestatis quam totius processus in dicto confirmationis negotio habiti et facti et superius mencionati sequuntur et sunt tales vizt.

Litere Patentes Regie

Jacobus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli nostro domino Richardo Archiepiscopo Cantuariensi ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Roffen per translationem ultimi Episcopi eiusdem ad humilem peticionem Decani et Capituli ecclesie nostre Cathedralis Roffen per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis predicte iidem Decanus et Capitulus vigore et obtenta Licentia nostra predicta dilectum nobis in Christo Richardum Neile sacre Theologie Doctorem sibi et ecclesie predict' elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo earundem communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Richardum Neile in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Roffen' predicte sic ut prefertur electum Electionemque predictam confirmare et eundem Episcopum et pastorem ecclesie predict' consecrare ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statutorum et legum Regni nostri Anglie in hac parte editorum et provisorum velitis cum diligentia favore et effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westm' tertio decimo die Junij Anno Regni nostri Anglie Francie et Hibernie Sexto et Scotie Quadragesimo primo. per breve de privato Sigillo etc. Wyn.

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo venerabilibus et egregijs viris Thome Crompton Militi legum Doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali Willelmo Ferrand et Thome Edwardes legum respective Doctoribus salutem. Cum literas patentes Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westm' tertio decimo die Julij Anno Regni sui felicissimi Anglie Francie et Hibernie Sexto et Scotie Quadragesimo primo receperimus in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem venerabilis viri Richardi Neile sacre Theologie Doctoris ad Episcopatum Roffensem confirmaremus: Nos (cum ea qua decet reverentia) volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona eiusdem venerabilis viri factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam ac iuxta tenorem formam et effectum mandati Regij predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi (quatenus eandem Electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis coniunctim et divisim constiterit) rite et legitime approband' et comproband' defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum, Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Nobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cant' Ecclesieque emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Lambehith septimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo et nostre Translationis Anno quarto.

Lra Comissionalis Reverendissimi

Pateat universis per presentes Quod nos Decanus ecclesie Cathedralis et beate Marie Virginis Roffen' et eiusdem ecclesie Capitulum dilectos nobis in Christo venerabiles viros Willelmum Wilson sacre theologie professorem et Johannem Maplesden in artibus magistrum Prebendarios dicte ecclesie Cathedralis Necnon viros Johannem Weston Johannem Burrough Henricum Ironmonger Thomam Ward Simonem Theloall et Johannem Ferrar Notarios publicos Alme Curie Cant' de Arcubus London procuratores nostros generales coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum Ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis sed

Procuratorium

quod unus eorum inceperit id ipsorumque quilibet libere prosequi valeat mediare pariter
et finire nros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores
negotiorumque nostrorum gestores et nuncios nros speciales et generales ad
infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus
per presentes damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris
conjunctim et eorum cuilibet ut prefertur per se divisim et insolidum potestatem generalem et manda-
tum tam speciale quam generale pro nobis ac vice loco et nomine nostris coram
venerabili viro mro Richardo Neile sacre theologie professore decano ecclie
Collegiate beati Petri Westmonasterii in Epum et Pastorem ecclie Cathedralis
Roffen predict per nos unanimiter electo comparendi et intercedendi: literasque nras
Certificatorias sive decretum de et super electione sua hmoi per nos fact et
confect Sigilloque nro Communi sigillatas eidem venerabili viro exhibend et
ostendend Ipsumque supplic et cum instantia (quotiens eis et eorum alicui visum
fuerit expedire) quod ipse electioni de se facte consentire et consensum suum
eidem expresse prebere dignaretur rogand et requirend Electionemque predcam
Serenissimo in Christo principi et domino nostro domino Jacobo dei gratia
Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi fidei defensori &c intimandi et no-
tificandi ac Consensum et assensum suos Regios in ea parte humiliter implo-
randi Necnon negotium confirmationis electionis predicte Coram Reverendissimo
in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Cantuarien
Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve vicario in spualibus
generali aut alio quocunque in hac parte potestatem habenti usque ad finalem
expeditionem eiusdem nomine nostro prosequendi ac confirmationem in ea parte
petend requirendi et obtinend provocandi et appellandi ac provocationes
et appellationes hmoi notificandi et intimandi Alium insuper seu alios pro-
curatorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendi Ac substitu-
tum sive substitutos hmoi revocand Procuratorisque officium in se et eorum
quemlibet reassumendi quotiens et quando id eis seu eorum alicui melius videbitur
expedire Et generaliter omnia alia et singula faciend exercend et expediend usque
ad finalem expeditionem negotii confirmationis hmoi que in premissis vel
circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna licet mandatum de
se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittentes et
promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid
dci procuratores nostri aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel
eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum tam
presentium quam futurorum in ea parte cautionem exponimus per presentes In
cuius rei testimonium Sigillum nrum Capitulare presentibus apponi fecimus
Dat in domo nra Capitulari Secundo die mensis Julii Anno domini Millmo
sexcentmo octavo/

Citaco contra oppositores

Richardus providentia diva Cantuarien Archiepus totius Anglie
Primas et Metropolitanus universis et singulis clericis et literatis quibuscunque per
provinciam nostram Cant ubilibet constitutis Salutem et gratiam Cum vacante
nuper sede Epali Roffen per translationem reverendi in Christo patris dni Willmi
Barlowe ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Epatum Lincoln Decanus
et Capitulum ecclie Cathis Christi et beate Marie Virginis Roffen pro
electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia prius in ea parte petit
et obtenta) celebrand certum terminum prefixerint et assignaverint et huiusmodi
electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes venlem
virum Richardum Neile sacre theologie doctorem in eorum et dce ecclie Cathedral
Roffen Episcopum et Pastorem elegerint Cumque Serenissimus in Christo
Princeps et dominus noster dominus Jacobus dei gra Anglie Scotie Francie
et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem decani et
Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri domini electi
facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per
literas suas Patentes Regias magno sigillo Anglie Sigillatas nobis signi-
ficaverit Mandando quatenus nos electionem predcam et personam electam

confirmar

Confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi voluimus cum
omni celeritate accomoda prout per easdem literas patentes (ad quas habeatur
relatio) plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem domini nostri
Regis mandato predicto officij nostri debito parere ac in huiusmodi Confirmacionis
negotio iuxta Juris et statutorum huius Regni nostri Anglie exigentiam
procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam
electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere
excipere vel opponere voluerint ad diem horam et locum ad effectum infra-
scriptum evocandos et citandos fore decrevimus Justicia mediante Vobis
igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus
citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra
ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London Decanatus
de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi
Cant. Jurisdictionis immediate necnon per affixionem publicam in aliquo loco
convenienti infra eandem ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Ar-
cubus London vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens omnes
et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam
electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excip-
ere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat
coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali
vel Commissarijs nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in ecclesia pa-
rochiali beate Marie virginis de Arcubus London predicta die Sabbathi octavo
viz. die instantis mensis Octobris inter horas secundam et quartam
post meridiem eiusdem diei cum continuacione et prorogacione dierum extunc
sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiendis contra dictam electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse)
in debita Juris forma dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et re-
cepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de
se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma premissis omnibus
et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos hac
serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis
aut vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario predicto comparuerint et si
dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere exci-
pere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto Confir-
macionis negotio iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam
procedemus ac iusticiam ministrabimus seu sic procedet et Justiciam
ministrabit vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis principalis
vel Commissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia
sive Contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis
nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium
huiusmodi debite et auctentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens
nostrum mandatum fuerit executus una cum presentibus Dat. tertio die
mensis Octobris Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo Et nostre Transl.
Anno quarto./ Jo: Goston/

Certificatorium super execucione eiusdem Citacionis

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo
providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati
et Metropolitano vestrove vicario in spiritualibus generali et Officiali prin-
cipali aut Commissario cuicunque in hac parte speciali deputato Vester humilis
et devotus Jacobus Harte literatus per vos ad infrascripta mandatarius
legitime deputatus omnimodas Reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo
patri debitas et condignas cum honore Mandatum vestrum Reverendissimum
retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendum

Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam
in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam eiusdem
aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem
eiusdem mandati in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis
de Arcubus London retroscript et ibidem aliquamdiu dimissionem quam per publicationem
eiusdem in ecclesia parochiali predict die Martis quarto viz die mensis Octobris
iam instantis peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet
compareret coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo man-
dato contentis et specificatis contra dictam electionem formam eiusdem aut per-
sonam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma
dicturi excepturi et oppositurus ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et
effectus istius vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt Et
preterea dictis die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis
intimavi quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et que imperata
sunt fecerint sive non vos nihilominus aut Commissarius vester antedictus in
huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie
procedetis seu procedet ac Iustitiam ministrabitis seu ministrabit ipsorum ci-
tatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante
Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retro
scriptum huiusmodi debite et diligenter sum executus In cuius rei testimonium
Sigillum venerabilis viri domini Arthuri Midd presentibus apponi pro-
curavi Et nos Arthurus antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis sigillum
nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat septimo die mensis Octobris
predict Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo./

Prima schedula

In dei nomine amen nos Thomas Crompton Miles legum doctor
Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina
Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani
Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius
inter alios ad infrascripta con et di specialiter et legitime deputatus et con-
stitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi
Neile sacre theologie Doctoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi
et beate Marie virginis Roffensis electi facte et celebrate rite et legitime proceden
Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem
formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel op-
ponere voluerint (ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si
sua putaverint interesse) contra dictam Electionem formam eiusdem aut
personam in hac parte electam, in debita iuris forma dicturi excepturi et
oppositurus) alias legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos
diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem Pro-
curatoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Roffensis predict pronunciamus
contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet viam
ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam
in hac parte electam precludimus in hiis scriptis ac etiam decernimus ad
ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et
statutorum huius Regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non com-
parentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Tho: Crompton

Summario petito

In dei nomine amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre
et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo
totius Anglie Primate et Metropolitano, ad infrascripta auctoritate Parliamenti
Anglie (mediantibus litteris Commissionalibus patentibus Illustrissimi in Christo
Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et
Hibernie Regis fidei defensoris etc.) sufficienter et legitime fulcito vestrove vicario
in

8 in spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter et legitime constitute [illegible] Consistorij [illegible] quibuscumque in hac parte specialiter deputatis eorumve altero [illegible] parte venerabilium virorum decani et Capituli ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen dicit allegat et in hijs scriptis in iure proponit articulatim prout sequitur

1 **Inprimis** vizt Quod Sedes Episcopalis Roffen per translacionem reverendi in Christo patris domini Willelmi Barlowe sacre theologie professoris ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem ad Episcopatum Lincoln nuper vacari cepit et [illegible] vacavit pastorisque solacio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet

2 **Item** Quod dicta sede Episcopali sic (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Roffen predicti capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis Roffen predicte pro huiusmodi electione facienda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios ius vocis et interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictos dicte electionis negotio processuri et procedi visuri legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

3 **Item** Quod prefati decanus et Capitulum die et loco prefixis videlicet tercio die mensis Julij Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo iam currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habito prius per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Roffen predicte Tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem virum Richardum Neil sacre theologie doctorem in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Roffen Episcopum et Pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra

4 **Item** Quod electio huiusmodi de persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Roffen predicta coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra

5 **Item** Quod dictus electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Roffen predicte (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem peticionem eorundem decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra

6 **Item** Quod antedictus venerabilis vir Richardus Neile fuit et est vir providus et discretus eminentis scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius Et ponit ut supra

7 **Item** Quod prefatus decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam antedicto Serenissimo domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum Communi sigillatas pro officij sui debito iuxta statuta huius inclyti Regni Anglie significarunt et intimarunt Et ponit ut supra

Item

8 **Item** Quod presentato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie
Sublimitati processu electionis hmoi, idem Serenissimus dominus noster Rex pro
sua Clementia Regia electioni hmoi de psona prenominati venerabilis viri
Richardi Neile (ut prefertur) facte et celebrat consensum et assensum suos
Regios gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuit et habet
Et ponit ut supra./

9 **Item** Quod dictus Serenissimus dnus nr Rex prefato Reverendissimo
patri de assensu et consensu suis Regiis hmoi electioni ut prefertur adhibitis
per lras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit
verum etiam earundem lrarum suarum serie vobis rogando mandavit qua-
tenus vos electionem predcam et psonam electam confirmare ipsumque insigniis
Episcopalibus insignare et decorare ceteraque peragere que vestro in hac
pte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et
lrarum patentium hmoi seriem velitis cum favore Horumque fuit et est ve-
rum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit
ut supra./

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria
manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti
laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita
ad quam faciendam offert se pars ista proponens dictorum Decani et
Capituli promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis
Petitque eadem pars prefatam electionem et psonam electam confirmand fore
decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie
exigentiam necnon lrarum patentium hmoi vobis directarum in hac parte
seriem Curamque Regimen et administracionem spualium Episcopatus Roffen
predict eidem domino electo committi ipsumque in realem actualem et corporalem
possessionem dicti Episcopatus Roffen Iuriumque dignitatum honorum preheminen-
ciarum et ptinen suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni
ulteriusque fieri et ministrari in premissis et ea concernentibus quibuscumque
quod iuris fuerit et racionis ac statutis huius inclyti Regni Anglie consonum
supplendo defectus quoscumque in hac parte intervenientes Que proponit
et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et
singula premissa probanda nec ad onus superflue probacionis de quo protestatur
sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis iuris
beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domine iudex antedict humiliter
implorando./

Processus sive lre testimoniales super toto processu
habit et facto per Decanum et Capitulum eccle Cathedr Roffen
predict super electione dci venerabilis viri Richardi Neile
in Epum Roffen predict in formam publici Instrumenti con-
cepti penes Philarium remanet./

Certificatorium dno Electo super eius electione

Venerabili et egregio viro Richardo Neile Sacre
theologie professori Decano eccle Collegiate beati Petri Westm Decanus
et Capitulum eccle Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen omni-
modas obiam et Reverentiam debitas lras Illustrissimi in Christo Principis
ac domini nostri domini Iacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibnie
Regis fidei defensor &c de Conge deslier pro electione Episcopi et Pastoris
dce eccle Roffen per translacionem Reverendi in Christo patris et domini dni
Willmi Barlowe ultimi Episcopi ibidem ad et in Episcopatum Lincoln

pastore

pastoris solacio destitutae sigillo suo magno Angliae sigillatas et nobis directas cum ea qua decuit reverentia obedientia et honore nuper recepimus Quarum literarum Regiarum vigore, statuto per nos et assignato secundo die iam instantis mensis Julii pro electione futuri Episcopi celebranda Citatisque quibuscumque confratribus et Canonicis dictae ecclesiae Roffen absentibus iuxta laudabilem eiusdem ecclesiae consuetudinem ad interessendum eidem electioni Nos prefati Decanus et Capitulum in domo nostra Capitulari eodem secundo die mensis Julii inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei capitulariter congregati et Capitulum facientes ac in eadem electione rite et legitime procedentes citatis in dictum horam et locum predictum preconizatis non comparentibus pro contumacibus pronunciatis observatisque omnibus aliis de iure seu consuetudine in hac parte observandis vos venerabilem virum Richardum Neile in nostrum et dictae ecclesiae Cathedralis Roffen Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus Unde vestrae Reverentiae (prout ex debito officii tenemur) gesta per nos in premissis debite significamus et nota facere intendimus Reverentiam igitur vestram obnixe rogamus quatenus electioni nostrae de persona vestra sic ut premittitur facte et celebratae consentire ac eidem consensum et assensum vestros prebere et adhibere dignemini In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nostrum Capitulare presentibus est appensum Dat in domo nostra Capitulari Roffen predicta secundo die mensis Julii Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo.

Certificatorium domino Archiepiscopo

Reverendissimo ac domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano Thomas Blague sacrae theologiae Professor Decanus ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen et eiusdem ecclesiae Capitulum omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore Vestrae paternitati tenore presentium significamus et humiliter innotescimus Quod vacante nuper sede Episcopali Roffen per translationem Reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi Barlowe ultimi Episcopi eiusdem ad et in Episcopatum Lincoln Nos Decanus et Capitulum antedicti in domo nostra Capitulari die dat presentium ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem dictae ecclesiae Cathedralis Roffen (Licentia Regia prius obtenta) capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes servatis de iure et statutis huius inclyti Regni Angliae in ea parte servandis habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda Tandem in venerabilem virum magistrum Richardum Neile sacrae theologiae professorem Decanum ecclesiae Collegiatae beati Petri Westmonasterii vota nostra direximus; Ipsumque in nostrum et dictae ecclesiae Cathedralis Roffen Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum Capitulare presentibus est appensum Dat in domo nostra Capitulari Roffen predicta secundo die mensis Julii Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo.

Instrumentum Consensus

In dei nomine Amen Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Lune quarto viz die mensis Julii Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo Regnique Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris etc. viz Angliae Franciae et Hiberniae sexto et Scotiae Quadragesimo

primo in quodam deambulatorio infra edes venerabilis et Reverendi viri Richardi
Neile sacre theologie professoris Decani ecclesie Collegiate beati Petri Westm
prope dictam ecclesiam Collegiatam notorie situat. Inque mei Johannis Drake
Notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentijs constitut
personaliter discretus vir magister Henricus Iremonger Notarius publicus
Almeque Curie Cantuarien de Arcubus London procuratorum generalium unus
exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et
Capitulo ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen Sigillo
eorum Communi (ut apparuit) sub cera rubea sigillatum, ac inter alios
conm et dim factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio
eorundem Decani et Capituli presentavit supranominato venerabili et Re-
verendo viro Richardo Neile tunc et ibidem personaliter presenti Quasdam
Literas testimoniales sive Certificatorias sigillo Communi eorundem Decani
et Capituli (ut apparuit) ac sub cera rubea etiam sigillat. de et super
electione dicti venerabilis et Reverendi viri in Episcopum et Pastorem
ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen predict facta et celebrat
Eundemque venerabilem virum dominum Electum instanter instantius et in-
stantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona
(ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem
prebere dignaretur. Qui quidem venerabilis vir dominus Electus Episcopus
Roffensis antedictus sic requisitus et interpellatus Primo et ante omnia
gratias agens dicto Serenissimo domino nostro Regi qui ipsum licet indignum
(ut asseruit) dictis Decano et Capitulo Commendare dignatus est Deinde
eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis ante elegerunt
licet se tanto munere indignum indicaret: Tamen ne ipse divine voluntati
et dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur, de-
precatus est ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse
velit ad illustrandam nominis sui gloriam et ecclesie utilitatem procurand
Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate
consentiebat in scriptis per eum tunc lectis tenorem sequentem de verbo in
verbum in se complectentibus vizt. In dei noie amen ego Richardus Neile
sacre theologie professor Decanus ecclesie Collegiate beati Petri Westm
in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie
virginis Roffensis rite et legittime nominatus et electus atque ad consentiendum
huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte
et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis
Roffen predicte instanter rogatus et requisitus (dei omnipotentis clementia
fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut prefertur) facte et ce-
lebrate ad honorem dei omnipotentis patris filij et spiritus sancti con-
sentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et
interpellatus prebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis
premissis tam dictus venerabilis vir dominus electus quam memoratus
magister Henricus Iremonger procurator antedictus me prefatum Notarium
publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive in-
strumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere
instanter rogaverunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula
premissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno domini Regnique
Regie Maiestatis mense die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem
Mattheo Holmes Clerico Precentore ecclesie Collegiate predict ac Roberto
Knowles Willmo Cooke Johanne Wigeon et Thoma Pearce generosis
testibus ad premissa videndum audiendum et testificand vocatis et specialiter
requisitis. ~ ~. ~.

Et ego Johannes Drake Bristoliensis Diocesis natus publicus auctoritate regia notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub annis domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi meque hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus / per me Johannem Drake Notarium publicum audit

In dei nomine amen Nos Thomas Crompton Miles legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi Neile sacre theologie Doctoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint (ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel oppositoros) debite legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis Roffen predicti pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. / Tho: Crompton /

Sca dca Certi: dicta

In dei nomine amen auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Crompton Militem legum doctorem Reverendissimi in christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani, vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii confirmationis electionis de persona venerabilis viri Richardi Neile sacre theologie Doctoris in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen electi facte et celebrate Quod coram nobis in iudicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negotio ferendi sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis

Snia

Roffen predict de prenominato venerabili viro Richardo Neile electo hmoi -
viro vtiq, provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et de
lītimo matrimonio procreato atq, in etate lītima et ordine sacerdotali constitu-
tis et lītime fuisse et esse factam et celebratam nihilq, eidem venerabili viro
electo hmod de institutis canonicis obviasse seu obviare quominus in Epum
Roffen auctate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari Idcirco
nos Thomas Crompton Miles legum doctor vicarius in spualibus generalis
ac Comissarius antedictus sic (vt prefertur) specialr et lītime deputatus et -
constitutus attentis premissis et aliis virtutis meritis suis quibus prefatus
Electus Roffensis Episcopus fidedigno commendatur testimonio Christi -
noīe primitus invocato ac ipsum solum deum oculis nris preponend et ha-
bentes ac etiam consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte comunicavim
Prenominatam electionem de eodem venerabili viro Richardo Neile facta
et celebratam auctate qua fungimur confirmam defectusq, quoscumq, in
dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in
nobis est et de Jure possumus supplentes et supplemus Ipsumq, dominum elect
et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamq,
Regimen et administrationem spualium dicti Episcopatus Roffen eidem dno
electo et confirmato committimus ac ipsum in realem actualem et corporalem -
possessionem dicti Episcopatus Roffen Iuriumq, dignitatum honorum preeminen
et pertinentium suorum vniusorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiacnm
Cantuariensem seu eius deputatum iuxta ecclie Cathis Christi et beate -
Marie Virginis Roffen predict morem et consuetudinem (legibus et statut
huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus
per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum -
quam sive quod fermus et promulgamus in hiis scriptis Tho: Crompton

Lecta fuit huiusmodi Sententia per
prefatum venerabilem virum dominum Thomam -
Crompton Militem legum doctorem vicarium in
spualibus gnalem &c Comissarium &c predicti Reveren
dissimi patris &c die Sabbati octavo viz die mensis octob
Anno domini Millmo Sexcentesimo octavo in ecclia poch
beate Marie virginis de Arcubus London &c inter -
horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei
ad petitionem magri Johannis Burroughs Notarij publi
procuratoris decani et Capituli ecclie Cathedralis Christi
et beate Marie Virginis Roffen &c in presentia mei Johis
Coston Notarij publici &c Super quibus &c presentibus
tunc etiam testibus in actu mencionatis &c /

Act' Consecraōis

Die dominico nono viz die mensis Octobris Anno domini
Millmo Sexcentesimo octavo et translationis Reverendissimi in Christo patris
et domini domini Richardi Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primat
et Metropolitani Anno quarto in Capella dicti Reverendissimi patris -
infra Manerium suum de Lambehith &c Siquidem idem Reverendissimus pater
vigore et auctate literarum Comissionalium patentium Serenissimi in christo prin-
cipis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et
Hibnie Regis fidei defensoris &c sibi in hac parte directarum assistentibus
sibi Reverendis in Christo patribus dominis Thoma London Lancelot -
Cicestren et Jacobo Bathon et Wellen respective Episcopis munus conse-
crationis venerabili viro Richardo Neile sacre theologie doctori in Epum
et Pastorem ecclie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen electo
et confirmato prestito primitus per eundem dominum electum et confirmatum Jur

tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et tem=
poralibus ac de renunciando omni et omnimode Jurisdiccioni potestati auctoritati et supe=
rioritati forancis et extraneis iuxta vim formam et effectum Statuti Par=
liamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi necnon de
reverentia et obedientia debitis prenominato domino Archiepiscopo Cant.
et ecclesie Metropolitice Christi Cant. etc adhibendis quam de Symonia non commissa
pro vel de procuracione sive acquisicione Episcopatus Roffen predicti iuxta Canonem
in ea parte editum etc adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno ecclesie
Anglicane adhibendis) iuxta formam descriptam in libro intitulato The forme
and manner of makeing and consecrating Bushoppes Preistes and Deacons.
impendebat in presentia mei Johannis Boston Notarii publici officium Re=
gistrariatus principalis dicti Reverendissimi patris exercentis Presentibus
tunc et ibidem venerabilibus viris domino Thoma Crompton Milite legum
doctore vicario in spiritualibus generali et officiali principali dicti Reverendissimi
patris domino Johanne Bennett Milite legum doctore Curie Prerogative
Cant. magistro Custode sive Commissario Georgio Paul Milite Thoma
Blague sacre theologie Professore decano ecclesie Cathedralis Roffen predicte Thoma
Sanderson sacre theologie Professore Archidiacono Roffen Roberto Master
legum Doctore Willelmo Wilson Richardo Butler Mount et Zacharia
Pasfeild sacre theologie Professoribus Barkham clerico in artibus magistro
Thoma Flet Johanne Drake Georgio fforman et Jacobo Tayler Notarijs
publicis et Johanne Gilpin generoso Apparitore et multis alijs in numero copi=
oso congregatis testibus etc.

Mandatum ad inthronizandum

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius
Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta authoritate Parlia=
menti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus literis Commissionalibus patentibus
Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia
Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc) sufficienter et legitime
fulcitus Venerabili viro Carolo ffotherby sacre theologie Bacho Archidiacono
nostro Cantuar. in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cant.
Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Episcopali Roffen per translationem
Reverendi in Christo patris domini Willelmi Barlowe ultimi Episcopi ibidem
ad Episcopatum Lincoln. Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis Christi
et beate Marie virginis Roffen (licentia Regia in ea parte prius petita et
obtenta) venerabilem virum Richardum Neile sacre theologie doctorem in
eorum et dicte ecclesie Cathedralis Roffen Episcopum et Pastorem elegerint et ecclesie
Cathedrali predicte de eodem providerint Quam quidem electionem et personam
sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte
servandis) Nos Richardus Archiepiscopus Cantuariensis auctoritate
qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam Regimen et admi=
nistrationem spiritualium dicti Episcopatus Roffen commisimus necnon consequenter
munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremonijs de iure ecclesie Anglicane
adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus ipsumque dominum electum
confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo
in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Roffen iuriumque
dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum
installandum et inthronizandum fore decrevimus Justitia mediante Tibi
igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem
dominum Richardum Neile electum confirmatum et consecratum seu procuratorem
suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem
dicti Episcopatus Roffen iuriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium
suorum universorum inducas installes et inthronizes seu sic induci installari

et inthronizari faciat eum effectualiter Cathedramque sive sedem Episcopalem in ecclesia Cathedrali Roffen predicto Episcopo ibidem assignari solitam sibi (ut moris est) assignet et eum in nomine domini nostri Jesu Christi imponat seu imponi faciat prout decet juribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant predictis dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Datum nono die mensis [illegible] Anno domini Millesimo sexcentesimo octavo Et nostre translacionis Anno quarto ./

Elien

Acta habita et facta in negotio Confirmacionis electionis de persona reverendi in Christo patris Lancelott Andrewes Cicestren Episcopi in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien electi, die Lune sexto [illegible] die mensis Novembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono, Regnique serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc septimo, et [illegible] in ecclesia parochiali beate Marie [illegible] de Arcubus London dicte ecclesie Christi Cantuar Jurisdictionis [illegible] inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro magistro Johanne Cowell legum doctore [illegible] in ea parte et domini domini Ricardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie primatis et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali et officiali principali necnon Commissario inter alios ad infrascripta rite et legitime sufficienter et legitime deputato et constituto, In presentia mei Johannis Weston notarii publici etc./

Dictis die et loco atque inter horas predictas, presentatis coram prefato venerabili viro magistro Johanne Cowell legum doctore, vicario et Commissario etc. Judicialiter et pro Tribunali sedente, literis patentibus regiis de assensu suo regio de prenominato Reverendissimo patre directis, necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis conjunctim et divisim in hac parte factis, ac per me prefatum Johannem Weston de mandato dicti venerabilis viri Johannis Cowell publice lectis, Idem magister Johannes Cowell ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum Literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem formam et effectum earundem: Deinde comparuit personaliter discretus vir magister Richardus Stubbs, notarius publicus alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit suum procuratorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien predicte sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatum, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem decani et Capituli presentavit eidem venerabili viro magistro Johanni Cowell vicario suo in spiritualibus generali et Commissario etc Reverendum in Christo patrem dominum Lancelotum Andrewes Cicestren Episcopum in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien predicte electum, et ipsum confirmari instanter petebat: Et tunc dictus magister Richardus Stubbs exhibuit mandatum citatorium alias contra oppositores in hoc negotio emanatum cum certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi preconizari; Quibus tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus prefatus magister Richardus Stubbs procurator antedictus accusavit contumacias eorundem omnium et singulorum (ut premittitur) ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum ac modo predicto preconizatorum diuque et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte directe vel indirecte in contrarium opponere curantium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces, Ad cuius petitionem prefatus mag(iste)r Joh(ann)es Cocks pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos, preconizatos et nullo modo comparentes, nec aliquid in ea parte dicere excipiendo vel opponere curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem, aut personam in ea parte electam eis et eorum cuilibet preclusit, petitaque ad ulteriora in dicto confirmationis negocio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in scedula per eum lecta plenius continetur: Quibus sic gestis prefatus mag(iste)r Stubbs procurator antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium, dedit summariam petitionem in scriptis, quam petiit admitti, qua quidem summaria petitione per me prefatum Antonium Husey de mandato dicti m(agist)ri Joh(ann)is Cocks publice lecta, idem mag(iste)r Joh(ann)es Cocks admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda, et decrevit procedendum fore summarie et de plano, et assignavit eidem mag(ist)ro Stubbs terminum ad probandum contenta in eadem summaria petitione ad statim: Et tunc dictus mag(iste)r Stubbs in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit processum electionis de persona d(omi)ni reverendi patris in Christo et [illegible] sancte et individue Trinitatis Elien' per decanum et capitulum eiusdem ecclesie [illegible] exhibitum et factum sub forma autentica instrumenti conceptum, ac literas certificatorias super eadem electione factas eidem reverendo patri decano sigillo eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillatas, et exhibuit instrumentum publicum super consensu ipsius reverendi patris eidem electioni adhibito, et etiam exhibuit literas patentes regias de assensu suo regio superius mentionatas magno sigillo Anglie sigillatas, et allegavit omnia et singula contenta in dictis [illegible] exhibitis fuisse et esse vera, atque exhibita et gesta prout in eisdem [illegible] continetur, petiitque terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa: Ad cuius petitionem prefatus mag(iste)r Joh(ann)es Cocks assignavit ad audiendum sententiam ad statim: Consequenter vero facta alia publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citatorum et nullo modo comparentium, nec aliquid in ea parte opponere curantium, dictus mag(iste)r Joh(ann)es Cocks ad petitionem supradicti m(agist)ri Stubbs [illegible] eorum contumaciam pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces, et in penam contumaciarum huiusmodi ad petitionem eiusdem m(agist)ri Stubbs decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negocio confirmationis ferende, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia scedula per eundem m(agistru)m Joh(ann)em Cocks lecta continetur: Hijs expeditis prestitoque iuramento per prefatum reverendum patrem d(omi)num electum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de fidelitate ac obedientia et subiectione prenominato D(omi)no n(ost)ro Regi eiusque heredibus et successoribus prestandis, ac de renunciando omnimode [illegible] in ea parte edito et proviso: necnon de canonica obedientia prenominato d(omi)no Archiepiscopo Cantuar' et successoribus suis [illegible] de Symonia non commissa per se vel procuratorem sive [illegible] Elien' predicti iuxta formam [illegible] in ea parte [illegible], prefatus mag(iste)r Joh(ann)es Cocks ad petitionem eiusdem m(agist)ri Stubbs legit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negocio in scriptis conceptam, [illegible] declarando confirmando, prout in eadem continetur: Super quibus omnibus et singulis tam dictus reverendus pater d(omi)nus electus, quam memoratus mag(iste)r [illegible] Stubbs procurator Decani et Capituli predictorum me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit: Postremo vero d(omi)nus mag(iste)r Joh(ann)es Cocks ad petitionem tam d(omi)ni reverendi patris d(omi)ni electi, quam memorati mag(ist)ri Stubbs procuratoris Decani et Capituli predictorum decrevit eis fieri literas super omnibus et singulis premissis sub modo et forma supra [illegible] petitis et expeditis fieri et liberari: Presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Johanne Hewes legum doctore [illegible] causarum et negociorum Auditore, Georgio Newman legum doctore ad [illegible]

Nicholao Edward, Johanne Drury, Jacobo Hussey et Humfrido Hussey legum doctoribus, Thoma Flod, Thoma [illegible] Johanne [illegible] notarijs publicis
Edwardo Walker et Willelmo Browne generosis, Anthonio Richardson et [illegible] Higgelane
cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c /

Tenores vero tam literarum patentium regiae Maiestatis, quam etiam
totius processus in dicto Confirmationis negotio exhibiti et facti ac
superius mentionati, sequuntur et sunt tales, viz.

Jacobus Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex fidei
defensor &c, Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro
Domino Richardo Cantuar Archiepiscopo ac alijs quibuscunque quorum in hac parte interest
salutem: Cum vacante nuper sede Episcopali Elien per mortem naturalem ultimi Episcopi
ibidem, ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem ecclesiae per literas nostras patentes
licentiam concesserimus aliam sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis antedictae, Jidem
Decanus et Capitulum vigore et obtentu Licentiae nostrae predictae elegerunt in Episcopum et
Pastorem, prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius
apparet: Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum
adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore presentium significamus, Rogantes
ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes
quatenus vos eundem Lancelotum [illegible] Episcopum in Episcopum et Pastorem Ecclesiae
Cathedralis Elien predictae sic (ut prefertur) electum, electionemque predictam confirmare
ceteraque omnia et singula facere et exequi quae vestro in hac parte incumbunt
officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velitis cum
favore et effectu. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes
Teste me ipso apud Westmonasterium Tricesimo die Septembris Anno regni nostri Angliae
Franciae et Hiberniae septimo, et Scotiae Quadragesimo tertio, Per breve de privato
sigillo, Bruce, Ita &c /

Lre Commissionis Andrewes

Richardus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas
et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Johanni Cowell legum
doctori vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Johanni Hone, Johanni
Amye et Willelmo Ferrande legum respective doctoribus salutem et gratiam: Cum literas
patentes Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae
Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Angliae sigillatas gerentes
Dat apud Westmonasterium Tricesimo die mensis Septembris Anno regni Angliae Franciae
et Hiberniae septimo, et Scotiae Quadragesimo tertio receperimus, in quibus inter alia
nobis preceptum est, ut electionem Reverendi in Christo patris domini Lanceloti Andrewes
Cicestren Episcopi moderni in Episcopatum Elien confirmaremus: Nos cum ea qua decuit reverentia
volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere: Ad examinandum igitur discutiendum
approbandum et confirmandum dictam electionem de persona eiusdem Reverendi patris factam
et celebratam, ipsamque electionem et personam electam, secundum Juris et Statutorum
huius regni Angliae exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati regij predicti
nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi (quatenus eandem electionem rite et legitime
factam et celebratam fuisse et esse vobis constiterit) rite et legitime approbandum
et comprobandum, defectusque (si qui forsan in ea parte interveniunt) rite et legitime supplendum,
ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum quae in hac parte necessaria
fuerint seu quomodolibet opportuna, Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras et plenam in
Domino tenore presentium concedimus potestatem, Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar ecclesiae
emolumentis nobis ac Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis
et reservatis. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus apponi
fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambehith Quarto die mensis Novembris
Anno Domini millesimo sexcentesimo nono, Et nostrae Translationis Anno quinto

Procuratorium

Pateat universis per presentes, Quod Nos Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Sancte et Individue Trinitatis Elien' unanimi assensu et consensu nostris dilectos nobis in Christo Willelmum Gager Legum doctorem, Thomam Nemor sacre theologie baccalaureum, et Richardum Stubbe notarium publicum coniunctim et divisim nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes: Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se (ut prefertur) divisim et insolidum, potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et nominibus nostris Reverendum in Christo patrem Dominum Lancelotum providentia divina Cicestren' Episcopum in Episcopum et Pastorem dicte Ecclesie Cathedralis Elien' per nos electum adeundi, ipsumque ad consentiendum electioni de persona sua in ea parte facte et celebrate debite et instanter petendi et requirendi. Necnon electionem huiusmodi per nos de persona prefati Lanceloti (ut prefertur) factam et celebratam Excellentissimo in Christo principi et Domino nostro Domino Jacobo Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regi fidei defensori intimandi et notificandi, ac eius consensum et assensum regios in ea parte humiliter implorandi; Necnon decretum electionis huiusmodi predicte et personam per nos (ut prefertur) electam coram quibuscumque personis una vel pluribus regia auctoritate vel alias in hac parte legitime fulcitis presentandi et exhibendi, dictumque decretum sive processum electionis predicte et personam (ut prefertur) electam in debita iuris forma confirmari et approbari: Defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) debite suppleri petendi requirendi et obtinendi, agendi defendendi et exhibendi, lites contestandi et contestari videndi, articulum sive articulos, libellum sive libellos seu quascumque summarias petitiones dandi et proponendi testimoniales literas instrumenta et alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi, Testesque huiusmodi iurare videndi et audiendi in causa et causis concludendi et concludi videndi, dictumque confirmationis negotium usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendi: Necnon administrationem omnium et singulorum spiritualium et temporalium dicti Episcopatus eidem Electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum induci et inthronizari fore decerni petendi requirendi et obtinendi. Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vel requisita, etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum: Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum, et in ea parte cautionem exponimus per presentes: In cuius rei Testimonium sigillum nostrum commune et Capitulare presentibus apponi fecimus. Datum in domo nostra Capitulari vicesimo secundo die mensis Septembris Anno Domini millesimo sexcentesimo nono /

Citacio Oppositorum

Richardus providentia divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per provinciam Cantuarien' nobis constitutis salutem et gratiam: Cum vacante nuper sede Episcopali Elien' per obitum bone memorie Domini Martini Heton ultimi Episcopi ibidem, Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Sancte et Individue Trinitatis Elien' pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio (termino ad id statuto et assignato) rite procedentes, Reverendum in Christo patrem ac venerabilem Confratrem nostrum Dominum Lancelotum Andrewes Cicestren' Episcopum modernum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Elien' Episcopum et Pastorem elegerint: Cumque Serenissimus in Christo princeps et Dominus noster Dominus Jacobus Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris Domini Electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet: Nos vero volentes eiusdem Domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere, ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et statutorum huius regni —

Anglie exigentiam procedere, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum infrascriptos monendos et citandos fore decrevimus iusticia mediante: Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus, quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce in ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London predicti et dicte nostre Cathedralis et Metropolitice ecclesie Christi Cantuar' Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores si qui sint in specie alioquin in genere, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, vel Commissariis nostris aut eorum alicui in hac parte competenti quocumque in predicta ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Lune sexto viz die instantis mensis Novembris inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum extunc subsequentium et loci (si oporteat) in ea parte faciendis, contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi vel opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte ac dictorum negotiorum qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes preterea modo et forma prescriptis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissariis predictis comparuerint, et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus, ac iustitiam ministrabimus, seu sic procedet ac iustitiam ministrabit vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius predictus, ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante: Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis, seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus [illegible]. Dat' secundo die mensis Novembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono, Et nostre Transl' Anno quinto.

Cer'm eiusdem

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Ricardo providentia divina Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, seu eius vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario suo cuicumque in hac parte specialiter deputat', vester humilis et devotus Ricardus Hingge clericus vir ad infrascripta exequenda mandatarius legitime deputat' omnimodas reverentiam et obedientiam debitam honore: Mandatum vestrum Reverendissimum retroscript' nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend', Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere, qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem, aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis retroscript' et ibidem aliquamdiu dimissi, quam per publicationem eiusdem in eadem ecclesia parochiali die Veneris tertio viz die instantis mensis Novembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono idem mandatum, peremptorie citavi: Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content' et specificat' contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam electam huiusmodi si sua putaverint interesse in debita Juris forma dicturi excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istius vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt: Et predictis die et loco antedictis oppositoribus sic premunitis et citatis intimavi, Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint, si-

sive

que imperata sunt fecerint, sive non; Nos nihilominus antedictus Vicarius predictus in spiritualibus generalis et Commissarius predictus in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris exigentiam procedemus, seu procedet, ac iustitiam ministrabimus seu ministrabit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et sic ego mandatarius antedictus mandatum Reverendissimum huiusmodi quantum in me fuit debite sum executus. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini [illegible] Middlesex presentibus apponi procuravi. Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus. Dat' dicto tertio die mensis Novembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono predict' [illegible].

In dei nomine Amen, Nos Johannes Cowell legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuar Archiepiscopi tocius Anglie Primatis et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta [illegible] et [illegible] specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Lanceloti Andrewes Cicestren Episcopi in Episcopum et pastorem dicte ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicto tempore se opponere voluerint, ad comparendum coram nobis iste die loco et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eandem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos et oppositurus, alias rite legitime et peremptorie citat, sepius publice preconizat, diutius et sufficienter expectat, et nullo modo comparen', ad petitionem partis Decani et Capituli dicte ecclesie Cathedralis Elien predict' pronunciamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum huiusmodi, ipsis et eorum cuilibet viam ulteriorem opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi precludimus in his scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et Statutorum huius regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Lect' Novembris 1609 Jo: Cowell.

Prima scedula

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Anglie mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcito, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali sufficienter et legitime constituto, aut Commissarijs vestris quibuscumque in hac parte specialiter deputatis, eorumve altero quocumque: Pars venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien dicit allegat et in his scriptis in Jure proponit articulatim prout sequitur.

Summaria petitio

Imprimis that sedes Episcopalis Elien predict' per mortem naturalem bone memorie domini Martini Heton ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit et aliquamdiu pastoris solatio destituta extitit et existit in presenti, huiusmodi fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet. 1

Item quod dicta sede Episcopali Elien dudum (ut prefertur) vacante, Decanus et Capitulum dicte ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien predict' Capitulariter congregat' et Capitulum facientes (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem dicte ecclesie Cathedralis Elien predict' pro huiusmodi electione facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem 2

Ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios ac ceteros qui sua interesse in eadem electione habebant seu habere pretendentes ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra /

3 Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis dicto vicesimo secundo viz. die mensis Septembris Anno Domini millesimo sexcentesimo nono, convenientes capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis), habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et Pastorem dicte Ecclesie Cathedralis Eliensis predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante seu contradicendum in [illegible] Dominum Lancelotum Andrewes Cicestrensem Episcopum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Eliensis Episcopum et Pastorem elegerunt, et [illegible] de eodem providerunt, Et ponit ut supra /

4 Item Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Eliensi predicta coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt, Et ponit ut supra /

5 Item Quod dictus Reverendus pater Dominus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Eliensis (ut prefertur) facte et celebrate, ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat, et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis, Et ponit ut supra / / / /

7 Item Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam antedicto Serenissimo Domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta statuta huius inclyti regni Anglie significarunt et intimarunt, Et ponit ut supra /

8 Item Quod presentato ex parte dominorum Decani et Capituli eidem regie sublimitati processu electionis huiusmodi, idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia regia electioni huiusmodi de persona prefati reverendi patris (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet, Et ponit ut supra /

6 Item Quod antedictus Reverendus pater Dominus Lancelotus Andrewes Cicestrensis Episcopus in Episcopum Eliensem electus, fuit et est vir providus et discretus eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et [illegible] requirunt, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

9 Item Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex nobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis, per literas suas patentes nobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie nobis rogando mandavit, quatenus nos electionem predictam et personam electam confirmare, ceteraque peragere que nostro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in hac parte editi, et literarum patentium huiusmodi [illegible] cum favore. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra.

10 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta

pariter et famose, atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama, Unde facta fide de iure in hac parte requisita, ad quam faciendam offert se pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis, petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandum fore decerni et cum effectu confirmari iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam, necnon literarum patentium huiusmodi nobis directarum in hac parte seriem, curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Elien predicti eidem domino Electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Elien, Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum, inducendum et intronizandum fore decerni, ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et rationis, et statutis huius regni Anglie consonum: Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Iuris beneficio in omnibus semper salvo, vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando. /&c./

Processus decani per extensum factus super predictis./

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Richardo Archiepiscopo Cantuar totius Anglie Primati et Metropolitano. Humphridus Tindall sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien et eiusdem ecclesie Capitulum omnimodam reverentiam tanto patri debitam cum honore: Vestre paternitati tenore presentium significamus et innotescimus Quod vacante nuper sede Episcopali Elien per mortem naturalem recolende memorie domini Martini Heton ultimi Episcopi et Pastoris ibidem: Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et auctoritate licentie Serenissime regie Maiestatis de alio nobis et Ecclesie Cathedrali predicte eligendo in Episcopum et Pastorem facte et concesse in domo nostra Capitulari die date presentium Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes, servatis per nos de iure ac regni Anglie Statutis et ecclesie Cathedralis predicte ordinationibus et consuetudinibus approbatis in ea parte servandis, habitoque inter nos diligenti tractatu de persona idonea in ea parte eligenda tandem in Reverendum in Christo patrem dominum Lancelotum providentia divina Cicestren Episcopum vota nostra direximus ipsumque in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis Elien Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente seu reclamante elegimus, Vestre reverentie humiliter supplicantes quatenus Electionem huiusmodi sic per nos de persona prefati Reverendi patris factam et celebratam ea omnia que iuxta formam Statutorum huius inclyti regni Anglie in ea parte edita sunt et provisa vestra reverentia facere et perimplere dignetur, ut Deo Optimo Maximo bonorum omnium Largitore favente et cooperante dictus Electus et confirmatus nobis preesse valeat utiliter pariter et prodesse, ac ut nos sub eo et eius regimine bene possimus Deo in dicta Ecclesia militare, Vestram Deus Optimus Maximus prefatam Reverendissimam paternitatem ad Ecclesie sue solamen et utilitatem diu conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem sigillum nostrum commune et Capitulare presentibus apponi fecimus Datum in domo nostra Capitulari Vicesimo primo die mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo nono /&c./

Cert' Archiepiscopo Reverendissimo./

Reverendo in Christo patri domino Lanceloto providentia divina Cicestren Episcopo. Humphridus Tindall sacre Theologie professor Decanus ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien et eiusdem ecclesie Capitulum salutem et omnimodam in domino charitatem, Vestre reverentie tenore presentium significamus &c.

Cert' Episcopo Electo /

Cum vacante nuper sede Episcopali Eliensi per mortem naturalem recolende memorie Domini Martini Heton ultimi Episcopi et pastoris ibidem: Nos Decanus et Capitulum antedicti, petita et obtenta licentia Serenissime Regie Maiestatis de alio nobis et Ecclesie Cathedrali predicte eligendo in Episcopum et pastorem, facta et concessa in domo nostra Capitulari die datis presentium capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes, servatis per nos de iure ac per inclita regni Anglie statuta et Ecclesie Cathedralis predicte ordinationibus et consuetudinibus approbatis in ea parte servandis, habitoque inter nos tractatu et examinatione diligenti de persona idonea in ea parte eligenda, statim reverendum patrem nobis [illegible] plurimum per literas regias commendatum, in Episcopum et pastorem dicte sedis Episcopalis unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus, Reverentie vestre obnixe supplicantes quatenus electionem huiusmodi sic per nos de persona predicta factam et celebratam consensum et assensum vestrum specialem benevole prestare velitis in Dei Omnipotentis gloriam et vestrum omnium solamen non mediocre. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem sigillum nostrum commune et capitulare presentibus apponi fecimus. Datum in Domo nostra Capitulari vicesimo secundo die mensis Septembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono.

Instrumentum Consensus

In dei nomine Amen, Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum: Quod die mercurii vicesimo septimo viz. die mensis Septembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono, Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. viz. Anglie Francie et Hibernie septimo et Scotie quadragesimo tertio, coram Reverendo in Christo patre Domino Lanceloto permissione divina Cicestrensi Episcopo in quodam inferiori conclavi eiusdem Reverendi patris in vico communiter vocato Ivie Lane infra parochiam Sancti Martini prope Ludgate notorie situato, in presentia mei Johannis Drake notarii publici subscripti, ac testium inferius nominatorum presentium, Constitutus personaliter discretus vir magister Richardus Stubbs notarius publicus alme curie Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium unus, exhibuit procuratorium suum [illegible] pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Eliensis sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillatum, inter alios conficientes et directum fact, et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem Reverendo patri Domino Lanceloto Cicestrensi Episcopo tunc et ibidem personaliter presenti quasdam literas testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillatas, de et super electione dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Eliensis predicte facta et celebrata, eundemque Reverendum patrem Dominum Electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit, quatenus eidem electioni de ipso et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiret, ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem Reverendus pater Dominus Electus Eliensis Episcopus antedictus sic requisitus et interpellatus, primo et ante omnia gratias agens dicto Serenissimo domino nostro Regi, qui ipsum licet indignum (ut asseruit) dictis Decano et Capitulo commendare dignatus est, deinde eisdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis concorditer elegerunt, licet se tanto muneri indignum iudicaret, Tamen ut ipse divine voluntati ac dicti domini nostri Regis beneplacito minime obtemperare videretur Deum precatus est, ut suo sancto spiritu et gratia speciali illi in omnibus adesse velit ad illustrandam nominis sui gloriam et Ecclesie utilitatem promovendam, electioni predicte de ipso et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat in scriptis per eum lectis, tenorem sequentem de verbo in verbum in se complectentibus, viz.

In Dei nomine Amen, Ego Lancelotus permissione divina Cicestrensis Episcopus in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Eliensis rite et legitime nominatus et electus, ad consentiendum

Electioni

hmoi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per parte venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem ecclie Cath Elien instanter rogatus et requisitus (Dei Omnipotentis clementia fretus) electioni hmoi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei Omnipotentis patris filii et spiritus sancti consentio, eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus pater dnus Electus, quam memoratus magr Richardus Trulle procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere, ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere, instanter rogavit et requisivit. Acta fuerunt hec omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur sub Annis Dni regnique regie maiestatis mense die et loco predictis, presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Willmo Eager legum doctore, et Thoma Nevet sacre theologie bacc, et henrico Jackson et Willmo Greene generosis testibus ad premissa videnda audienda et testificanda vocatis specialiter et requisitis. /

Et ego Johannes Drake Bristoliensis dioces natus, publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Annis Dni Regnique regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri agi et expediri vidi scivi et audivi, atque in notam sumpsi: Ideo hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, ac in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi, meque hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus. / Per me Johem Drake notm pubcum antedictum. /

In Dei Nomine Amen Nos Johannes Cowell legum doctor Reverendissimi in Xpo patris et Dni Dni Richardi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie primatis et metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis, necnon Commissarius inter alios coniunctim et divisim specialiter et ltime deputatus et constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Xpo patris Dni Lanceloti Andrewes Cicestren Epi in Epum et pastorem Ecclie Cathis sancte et individue Trinitatis Elien, facte et celebrate, rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, Ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem, aut personam sic in hac parte electam in debita iuris forma dictum exceptum et oppositum, ltime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos, et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem formam electam aut personam electam hmoi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem procuris Decani et Capituli Ecclie Cathis Elien predict pronuntiamus contumaces, et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nre diffinitive sive nri finalis decreti in hmoi negotio ferend, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Novembris Sexto Anno Dni 1609. Jo: Cowell

Schedula contra oppositores

In Dei Nomine Amen Auditis visis et intellectis, ac plenarie et mature discussis per nos Johannem Cowell legum doctorem Reverendissimi

Sententia

in Christo patris et domini nostri domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicarium in spiritualibus generalem ac officialem principalem, necnon commissarium inter alios ad infrascripta rite et legitime [illegible] liter et legitime deputatum et constitutum, meritis et circumstantiis [illegible] huius negotii confirmationis electionis de persona reverendi in Christo patris domini Lanceloti Andrewes Cicestrensis Episcopi in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien electi facte et celebrate, quod coram nobis [illegible] vertebatur, vertiturque in presenti et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi confirmationis negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien de prenominato reverendo patre domino Lanceloto Andrewes electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem reverendo patri electo huiusmodi de institutis canonicis obviasse seu obviare comperimus quo minus in Episcopum Elien auctoritate predicti reverendissimi patris merito debeat confirmari. Idcirco nos Johannes Cowell legum doctor prefatus in spiritualibus generalis et Commissarius antedictus (ut premittitur) specialiter constitutus, attentis premissis et aliorum virtutum meritis super quibus prefatus electus Elien fidedignorum commendatur testimonio, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Iurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem reverendo patre domino Lanceloto Andrewes Cicestrensi Episcopo factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus, defectusque si qui fuerint in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus, necnon curam regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Eliensis eidem domino electo et confirmato committimus, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Elien, iuriumque dignitatum Episcoporum preeminentiarum et pertinentium quorumcumque suorum inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensem seu eius deputatum iuxta ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Eliensis predicte morem et consuetudinem (legibus et statutis huius regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis. / Novembris sexto, Anno Domini [illegible]

Jo: Cowell /

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum magistrum Johannem Cowell legum doctorem vicarium in spiritualibus generalem ac Commissarium predicti reverendissimi in Christo patris domini Richardi Bancroft Archiepiscopi etc. die Lune [illegible] sexto die mensis Novembris Anno Domini millesimo sexcen[illegible] nono, in Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei ad petitionem magistri Richardi [illegible] notarii publici procuratoris Decani et Capituli ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Elien, in presentia mei Thome [illegible] notarii publici [illegible] requisitis me [illegible] et presentibus tunc et ibidem testibus [illegible]

Mandatum ad inducendum

Richardus providentia divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Angliae Primas
et Metropolitanus, ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti regni Angliae
fulcientibus literis commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo principis et domini nostri
domini Jacobi Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c. suf-
ficienter et legitime fulcitus, Venerabili viro Carolo Fotherby sacre theologie bacchalaureo
Archidiacono nostro Cantuarien' in ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuar' salutem et
gratiam. Cum vacante nuper sede Episcopali Elien' per obitum bone memorie domini Martini
Heton ultimi Episcopi et pastoris ibidem, Decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis sancte
et individue Trinitatis Elien' predict' (licentia regia prius in ea parte petita et ob-
tenta) reverendum in Christo patrem dominum Lancelotum Andrewes permissione divina Cicestren'
Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Elien' predict' Episcopum et pastorem elegerint, ac ecclesie
Cathedrali predict' de eodem providerint. Cumque etiam nos electionem predictam de persona
prefati reverendi patris (ut premittitur) factam et celebratam et personam sic electam
(servatis de iure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis) auctoritate qua
supra rite et legitime confirmaverimus, eidemque confirmato curam regimen et adminis-
trationem spiritualium dicti Episcopatus Elien' commiserimus, ipsumque sic electum et confir-
matum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Elien', iuriumque
dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum,
installandum et inthronizandum fore decreverimus iustitia mediante. Tibi igitur firmiter
precipiendo mandamus quatenus prefatum reverendum patrem dominum Lancelotum An-
drewes sic (ut prefertur) electum et confirmatum seu procuratorem suum legitimum eius
nomine legitime pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Elien'
iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum
inducas installes et inthronizes, seu sic induci installari et inthronizari facias cum
effectu, Cathedramque sive sedem Episcopalem in ecclesia Cathedrali sancte et individue Trinitatis
Elien' predict' Episcopo ibidem assignari solit' sibi (ut moris est) assignes, et eum in nomine
domini nostri Jesu Christi [illegible] [illegible], iuribus et consuetudinibus nostris Archiepis-
copalibus, et ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar' predict' necnon ecclesie Cathedralis
Elien' predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei testimo-
nium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' sexto die mensis
Novembris Anno Domini millesimo sexcentesimo nono, Et nostre Translationis Anno quinto.

Advocacio

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens
scriptum pervenerit Lancelotus permissione divina Elien' Episcopus salutem in Domino
sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi: Cum tam de antiqua laudabili
longeva et legitime prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam
excedens inconcusse usitat' et observat', quam etiam de singulari prerogativa ecclesie
Metropolitice Christi Cantuar' fuerit et sit indultum usitatum et observatum, ut Archi-
episcopus Cantuar' pro tempore existens cuiuslibet Suffraganeorum in Episcopum alicuius
ecclesie Cathedralis sue Cantuar' provincie electi, statim post confirmationem electionis
huiusmodi clericum idoneum nominare et presentare possit, cui idem electus
confirmatus tenebitur, quamprimum facultas se obtulerit in sua ecclesia Cathedrali
de dignitate Canonicatu et prebenda seu de alio competenti beneficio ecclesiastico
providere, ac interim dictum clericum ad dignitatem Canonicatum et prebendam
seu beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere, necnon sibi pensionem
annuam sufficientem constituere, tantisper solvend' et impendend', quousque idem clericus
de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda vel alio competenti beneficio huiusmodi
sufficienter fuerit cautum et provisum: Sciatis nos prefatum Lancelotum
Elien' Episcopum antedictum iura libertates consuetudines et prerogativam ecclesie
Metropolitice Christi Cantuar' predict' pro posse nostro adimplere volentes, ex causis et
considerationibus predictis ac in plenam satisfactionem earundem pro nobis et successori-
bus nostris dedisse et concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse Reverendissimo in Christo
patri et domino domino Ricardo providentia divina Cantuar' Archiepiscopo totius Angliae Primati
et

et Metropolitano executoribus et assignatis suis, primam et proximam Advocationem presentationem, liberamque dispositionem et Jus patronatus Rectorie sive Ecclesie parochialis de Knapwell in Comitatu Cantabrigie Elien' diocesis, verum patronatus et dispositionis existere, cum eadem per mortem resignationem et cessionem dimissionem permutationem privationem aut alio quovismodo primo et proxime post datum presentium vacare, seu eandem vacuam devenire contigerit. Habendum tenendum et gaudendum prefato Reverendissimo patri Domino Ricardo executoribus et assignatis suis dictam Advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus dicte Rectorie sive Ecclesie parochialis de Knapwell predicte pro termino viginti et unius annorum proxime post datum presentium immediate sequentium et plenarie complendorum: Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendo patri executoribus et assignatis suis quamcunque personam idoneam ad eandem Rectoriam sive Ecclesiam parochialem de Knapwell predict' cum primo et proxime post datum presentium (ut prefertur) vacare contigerit pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma, prout nos prefatus Episcopus vel successores nostri facere-mus seu facere possemus si hec presens concessio sive confirmatio inde facta non fuisset: Proviso tamen quod si contigerit hanc presentem donationem sive concessionem durante termino predicto viginti et unius annorum proxime post datum presentium pro prima et proxima vice aut aliqua alia vacatione Rectorie sive ecclesie parochialis de Knapwell predict' suum debitum sortiri effectum, ac personam idoneam ad presentationem dicti Reverendissimi patris executorum vel assignatorum suorum ad eandem Rectoriam sive ecclesiam parochialem canonice fore admitti et institui, ac in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem induci pacifice et quiete, Extunc Jus patronatus advocationis et dispositionis dicte Rectorie sive ecclesie parochialis de Knapwell ad nos et successores nostros integre revertetur, dicta donatione sive concessione in aliquo non obstante. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' secundo die mensis Januarii Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo nono, Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Septimo, et Scotie Quadragesimo tertio, Et nostre Translationis Anno primo.

Assignatio dicte Advocationis

Omnibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Richardus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus salutem et gratiam: Cum Reverendus in Christo pater ac venerabilis confrater noster dominus Lancelotus eadem providentia Elien' Episcopus Jura libertates consuetudines et prerogativas ecclesie nostre Metropolitice Christi Cantuar' pro posse suo adimplere volentes, ex causis et considerationibus in scripto suo gerente dat' secundo die mensis Januarii Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo nono, Regnique Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Septimo et Scotie Quadragesimo tertio, Et sue Translationis Anno primo mentionatis et specificatis et in plenam satisfactionem earundem pro se et successoribus suis per dictum scriptum suum dederit et concesserit, ac eodem scripto suo confirmaverit nobis Richardo Cantuar' Archiepiscopo antedicto executoribus et assignatis nostris primam et proximam Advocationem, nominationem presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus Rectorie sive ecclesie parochialis de Knapwell in Comitatu Cantabrigie sive Elien' diocesis suorumque patronatus et dispositionis existere, cum per mortem resignationem cessionem dimissionem, permutationem privationem aut alio quovismodo primo et proxime post datum dicti scripti vacaverit, seu eandem vacuam devenire contigerit: Habendum tenendum et gaudendum nobis prefato Richardo Cantuar' Archiepiscopo antedicto executoribus et assignatis nostris dictam Advocationem nominationem presentationem liberam dispositionem et Jus patronatus dicte Rectorie sive Ecclesie parochialis de Knapwell

well predict pro termino viginti et unius annorum prox post dat scripti predict immediate sequent et plenarie complendorum: Ita qd bene liceat et licebit nobis executoribus et assignatis nris quamcunque personam idoneam ad dcam Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Snailewell predict primo et prox post dat dci scripti (ut prefertur) vacatur pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare, Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere, que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma prout prefatus Confrater noster Lancelotus Elien Epus vel successores sui fecerint seu facere possent si sibi concessio sive confirmacio predicta nobis inde facta non fuisset, prout per scriptum suum inde plenius liquet et apparet. Sciatis igitur nos prefatum Richardum Cantuar Archiepum propter diversas et legitimas causas et consideraciones nos in ea parte specialiter moventibus dedisse concessisse et hoc pnti scripto nro confirmasse et assignasse Valentino Carey sacre theologie bacc uni Capellanorum Regie Maiestatis executoribus et assignatis suis tam dictum scriptum sic (ut prefertur) per prenominat confratrem nrum dnm Lancelotum Elien Epum antedictum nobis factum, quam totum statum et interesse nrum inde nobis competent et competitur; Ita qd bene liceat et licebit eidem Valentino Carey executoribus et assignatis suis et eorum cuilibet dilectum nobis in xpo Richardum Clayton sacre theologie professorem et nullum alium ad dcam Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Snailewell predict primo et prox post dat dci scripti (ut prefertur) facti vacatur, pro dco termino viginti et unius annorum nominare et presentare, Ceteraque omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, in et circa presentacionem dicti Richardi Clayton adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Richardus Cantuar Archiepus antedictus executores et assignati nri faceremus seu facere possemus si hec presens nra concessio sive assignacio inde facta non fuisset. In cuius rei Testimonium sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus Dat decimo quinto die mensis Marcij Anno Dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo nono, Regnique dicti Dni nri Jacobi Regis Anglie Francie et Hibernie septimo, et Scotie Quadragesimo tertio, Et nre Transl Anno sexto. /

Coven et Lichen

Coven et Lichen

Acta habita et facta in negotio Confirmacionis electionis de persona venerabilis viri Georgij Abbott sacre theologie professoris Decani Ecclie Cathis Winton in Epum et pastorem Ecclie Cathis Lichen ac sedis Epalis Coven et Lichen electi, die Sabbathi vicesimo sexto die mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo nono, Regnique Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie septimo, et Scotie Quadragesimo tertio, In Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Decanatus de Arcubus London ecclie xpi Cantuar Jurisdiccionis immediate inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro magro Johanne Cowell legum Doctore Reverendissimi in xpo patris et dni dni Richardi providencia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani vicario in spiritualibus generali et officiali principali necnon Commissario inter alios ad infrascripta cum ceteris specialiter et legitime deputat et constitut, in presentia mei [illegible] [illegible] no publici &c.

Actus Confirmacionis

Dictis die et loco, atque inter horas predict presentatis coram prefato venerabili viro magro Joh Cowell legum doctore vicario generali ac Commissario ac Judicialiter et pro tribunali sedente, Lris patentibus regijs de assensu regio ac supranominato Reverendissimo patri direct, necnon Lris Commissionalibus dicti-

Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis coram eo dict' in hac parte factis, ac per me
prefatum Johem Dashe de mandato dicti viri Johis Cowell publice lectis, Idem magister
Johes Cowell ob honorem et reverenciam dicti Rmi patris regis et [illegible] onus
acceptavit in se omnes executionem dictarum literarum patentium et commissionalium et decrevit
procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem: Deinde comparuit
personaliter dictis die et loco magister Johes Spicer notarius publicus alme Curie de Arcu-
bus London procuratorem generalem fecit et exhibuit procuratorium suum literis ve-
nerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis Coven' predict' sigillo com-
muni (ut apparuit) sigillat et fecit se partem pro eisdem, ac nomine procuratorio eorundem
Decani et Capituli presentavit eidem magistro Johanni Cowell vicario in spiritualibus gene-
rali et Commissario antedicto venerabilem virum Georgium Abbott sacre theologie professo-
rem Decanum ecclesie Cathedralis Winton' in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis Lichen' seu
sedis episcopalis Coven' et Lichen' predict' electum, et ipsum e[t] eius electionem confirmari petiit
Et tunc dictus magister Johes Spicer exhibuit quendam citatorium originale cum certi[ficatorio]
oppositores in hoc negotio [illegible] [illegible] certificatorio in dorso super executione
eiusdem, et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari: Quibus
tunc et ibidem trina vice publice preconizatis et nullo modo comparentibus prefatus magister
Johes Spicer procurator antedictus accusavit contumaciam dictorum omnium et singulorum sic
prefectorum ad hos diem horam et locum citat' et intimat' et modo predicto preconizat' diu et
sufficienter expectat' et nullo modo comparentium, nec aliquid in hac parte dicere exci-
pere vel opponere curantium, et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces, Ad
cuius petitionem dictus magister Johes Cowell pronunciavit eos omnes et singulos sic ci-
tatos intimatos preconizatos et nullo modo comparentes, nec aliquid in hac parte
dicere excipere vel opponere curantes contumaces, et in penam contumaciarum sua-
rum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut
personam sic electam eis et eorum cuilibet precludit, necnon ad ulteriora in
dicto confirmationis negotio procedendum fore decrevit, eorum sic citatorum et non
comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum
lecta plenius continetur: Quibus sic gestis prefatus magister Johes Spicer procurator
antedictus in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit sum-
mariam petitionem in scriptis quam petiit admitti, que quidem summaria peti-
cio per me prefatum Johem Dashe de mandato dicti magistri Johannis Cowell
publice lecta, Idem magister Johes Cowell ad petitionem dicti magistri Spicer admisit dictam
summariam petitionem quatenus de iure etc et decrevit procedendum fore summarie et
de plano etc et assignavit eidem magistro Spicer terminum ad probandum eandem summariam
petitionem ad statim: Et tunc dictus magister Spicer in subsidium probationis contentorum
in dicta summaria petitione exhibuit processum electionis de persona venerabilis viri in Episcopum
et pastorem ecclesie Cathedralis Lichen' seu sedis episcopalis Coven' et Lichen' per Decanum et
Capitulum eiusdem ecclesie Cathedralis habitum et factum sub forma autentica in scriptis
conceptum, ac literas certificatorias super eadem electione fact' eidem [illegible] domino
[illegible] sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) respective sigillat' et
Et ego Johannes Drake Bristollen diocesis natus publicus auctoritate regia notarius quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic modo et forma prenotatis fieri agi et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter exinde confectum, ac in hanc publicam et authenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi meque hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus ad id et specialiter requisitus.

In dei nomine Amen Nos Johannes Cowell legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta cum aliis et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis viri Samuelis Harsnett sacre theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestren electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos, diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli ecclesie Cathedralis Cicestren predicte pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

In dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Johannem Cowell legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropolitani vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta cum aliis et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Samuelis Harsnett sacre theologie professoris in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestrensis electi facte et celebrate quod coram nobis in iudicio aliquamdiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio confirmationis ferendi sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita et probata coram nobis in dicto confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestren predicte de prenominato venerabili viro Samuele Harsnett electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem venerabili viro electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Episcopum Cicestrensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari Idcirco nos Johannes Cowell legum doctor vicarius in spiritualibus generalis

Et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter deputatus attentis premissis et aliis virtutum ac meritis super quibus prenominatus Electus Cicestren Epus fidedigno commendatur testimonio prenominatis premissis, invocato ac ipsum solum deum oculis nris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, prenominatam electionem de eodem venerabili viro Samuele Harsnett factam et celebratam authoritate nra qua fungimur confirmamus et defectus quoscumque in dicto confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus. Ipsumque dnum Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque regimen et administracionem spualium dicti Epatus Cicestren eidem dno Electo et confirmato committimus. Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Cicestren Juriumque et dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend et inthronizandum fore per Archinum Cantuar sive deputatum sive ecclie Cathedralis sancte Trinitatis Cicestren predict morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis.

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum magistrum Johannem Cowell legum doctorem vicarium in spualibus generalem &c ac Commissarium prefati Reverendissimi patris &c die Sabbati secundo vizt die mensis decembris Anno dni millesimo sexcentesimo nono in Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad peticionem magistri Johannis Boston notarii publici procuratoris decani et Capituli ecclie Cathedralis Cicestren in presentia mei Johannis Drake notarii publici &c Super quibus &c presentibus tunc et ibidem testibus in actu mencionatis &c.

Actus Consecracionis

Die dominico tercio vizt die mensis decembris Anno domini millesimo sexcentesimo nono et Translacionis Reverendissimi in xpo patris et dni dni Richardi providentia divina Cant Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropolitani Anno quinto in Capella dicti Reverendissimi patris infra manerium suum de Lambehith in Comitatu Surrey &c situat Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Comissionalium patentium Serenissimi in Christo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sibi in hac parte direct assistentibus sibi Reverendis in xpo patribus dnis Lancelot Elien et Richardo Roffen respective Epis munus consecrationis venerabili viro Samueli Harsnett sacre theologie professori in Epum et Pastorem ecclie Cathlis sancte Trinitatis Cicestren elect et confirmat (prestito primitus per eundem dnum Electum iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictioni potestati authoritati et superioritati forancis et extraneis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit et provis Necnon de reverentia et obedientia debit prenominat dno Archiepo et ecclie metropolitice Christi Cant exhibend, quam de Symonia non commissa vel de procuratione sive acquisitione Epatus Cicestren predict iuxta Canonem in ea parte edit &c adhibitisque ritibus et ceremoniis de usu moderno ecclie Anglicane adhibendis, iuxta formam descript in libro intitulat, The forme and maner of makinge and consecratinge Bisshopps, Preistes and Deacons &c) impendebat in presentia mei Johannis Boston notarii publici officium Registrariatus principalis dicti Reverendissimi patris exercentis, presentibus tunc et ibidem venerabilibus et egregiis viris dno Christofero Parkins milite a libellis supplicum dicti Serenissimi dni nri Regis magistrorum uno, dno Johanne Bennett milite Curie Prerogative Cant magistro Custode sive Commissario Thoma Nevile sacre theologie professore decano Ecclesie Cathedralis et metropolitice Christi Cant Johanne Cowell legum doctore vicario in spualibus generali et officiali dicti Reverendissimi patris Johanne Overall sacre theologie professore decano ecclie Cathedralis sancti Pauli London ffrancisco James legum doctore Curie Audiencie Cant Causarum et negociorum Auditore, Johanne Drurye, Thoma Ridley, et Jacobo Hussey legum doctoribus Johanne Childersley et Zacaria Pasfield sacre theologie professoribus, Johanne Barkham sacre theologie baccalaureo necnon Johanne Drake et Georgio fforman notariis publicis cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c.

Ricardus

Richardus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus
ad [illegible] auctate Parliamenti huius incliti Regni Anglie (mediantibus lris commissionalibus
patentibus Illustrissimi in Christo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie Scotie
Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc sufficienter et litime fultus) Venerabili viro Carolo
Fotherby sacre theologie bacho Archino nro Cant in ecclia nra Cathli et metropolitica xpi Cant salutem
et gratiam. Cum vacante nuper sede Epali Cicestren per Translationem Reverendi pris dni Lanceloti An-
drewes ultimi Episcopi et Pastoris ibm ad Epatum Elien Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis
sancte Trinitatis Cicestren (licentia regia prius in ea parte petit et obtent) venerabilem virum Samuelem
Harsnett sacre theologie professorem in eorum et dicte ecclie Cathed Cicestren Epum et Pastorem
elegerint et ecclie Cathed predict de eodem providerint Quam quidem electionem et personam sic electam
(servatis de iure et statutis huius regni Anglie in ea parte servand) Nos Richardus Cant Archiepus
auctoritatibus auctate qua supra confirmavimus eidemque confirmato curam regimen et administrationem
spualium dicti Epatus Cicestren commisimus, Necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus
et ceremonijs de more ecclie Anglicane adhibendis) eidem electo et confirmato impendimus ipsumque
dnum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum litimum eius nomine et pro eo
in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Cicestren Juriumque dignitatum hono-
rum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducend installand et inthronizand (cum
decernimus iusticia mediante) Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum
prem dnum Samuelem Harsnett electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum litimum
eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Cicestren Juriumque
honorum preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas installes et inthronizes seu
sic induci installari et inthronizari facias in effectu Cathedramque sive sedem Epalem in ecclia Cathli Cicestren
predict Epo ibm assignari solit, sibi (uti moris est) assignes, et eum in nomine dni nri Jesu Christi
imponas seu imponi facias prout decet, Juribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant et ecclie nre
Cathedralis et metropolitice xpi Cant predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis In
Cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte utimur publicum apponi fecimus Dat die
mensis Decembris Anno dni millimo sexcentesimo nono et nre Translationis Anno quinto.

Advocatio vicarie de Selsey

Decimo sexto die mensis Martij Anno dni iuxta etc 1609 Regnique Serenissimi dni nri
Jacobi dei gra Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensor etc Septimo et Scotie quadragesimo
tertio Reverendus in xpo pater dnus Samuel permissione divina Cicestren Epus pro se et successoribus
suis concessit et scripto suo confirmavit Reverendissimo in xpo pri et dno dno Richardo providentia diva
Cant Archiepo totius Anglie Primat et metropolitano executoribus et assignatis suis pro prerogativa
sua primam et proximam advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus vicarie
ecclie parochialis de Selsey in Com Sussex sue Cicestren dioc suorumque patronat et dispositionis existen
in eadem per mortem, resignationem, cessionem dimissionem permutationem, privationem aut alio quocunque
modo primo et proxime post dat predict vacandi, habend etc pro termino viginti et unius annorum
proxime post dat predict immediate sequen et plenarie complend Ita quod bene liceat et licebit prefato
Reverendissimo pri executoribus et assignatis suis quamcunque personam idoneam ad eandem cum primo et
proxime post dat predict vacare contigerit pro termino viginti et unius annorum nominare et presentare
ceteraque facere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna pro im-
provisis quod quamprimum contigerit suam donationem sive concessionem durante termino predict proxime post
dat predict pro una et proxima vice aut aliqua alia vacatione dicte vicarie suam debit sortiri
effectum, ac personam idoneam ad presentationem dicti Reverendissimi pris executorum vel assignatorum
suorum ad eandem vicariam omni vice admitti et institui, ac in realem actualem et corporalem possessio-
nem eiusdem induci patiatur et quiete permittat ius patronat dicte vicarie ad dictum Reverendum
prem et successores suos integre reverteret donatione sive concessione sua predict in aliquo non obstan

Assignatio eiusdem

Eisdem die mense et anno dictus Reverendissimus pater ex certis causis eum moventibus dedit concessit
et script suo confirmavit et assignavit Johanni Burbridge sacre theologie doctori Archino Archi
Northon executoribus et assignatis suis totam dictam advocationem sive scriptum (ut prefertur) per supranominatum
confratrem suum dnum Samuelem Cicestren Epum sibi fact quam ius statum et interesse sua que
sibi competen et competitur. Ita quod bene liceat et licebit eidem Johanni Burbridge executoribus et
assignatis suis dilectum sibi in xpo Johem Rawlinson sacre theologie doctorem et nullum alium ad dictam
vicariam ecclie parochialis de Selsey predict cum primo et proxime post dat dict script sibi (ut pre-
fertur)

prescriptis facte, extunc tenebuntur per predictos [illegible] presentabit ac omnia facere, exequi et adimplere que in premissis seu eorum aliquo [illegible] fuerint seu quomodolibet oportuna in et circa preficiendum dicti Johannis [illegible] et integre ac in tam amplis modo et forma prout [illegible] et nos assignati seu facere seu facere possent si [illegible] commissio [illegible] assignatio facta non fuisset

London

Acta habita et facta in negotio confirmationis electionis facte de persona venerandi in Christo patris domini Georgii Abbott Coventr. et Lichfeld. Episcopi in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancti Pauli London. electi, die Sabbati vicesimo die mensis Januarii Anno domini [illegible] millesimo sexcentesimo nono Regnique serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris [illegible] septimo et Scotie quadragesimo tertio, in ecclesia parochiali beate Marie de Arcubus London. ecclesie Christi Cant. Jurisdictionis immediate, inter horas [illegible] et quartam post meridiem eiusdem diei, coram venerabili viro Johanne Cowell legum doctore Reverendissimi in Christo principis et domini domini Ricardi providentia divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie primatis et metropolitani vicario in spiritualibus generali et officiali principali, necnon commissario inter alios ad infrascripta [illegible] specialiter et legitime deputato et constituto, in presentia mei Johannis Weston notarii publici etc.

Dictis die et loco, [illegible] presentato coram venerabili viro Johanne Cowell legum doctore vicario generali ac commissario predicto iudicialiter et pro tribunali sedente, lectis [illegible] predicto Reverendissimo patre directis necnon litteris commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis [illegible] in hac parte factis a me prefato Johanne Weston de mandato dicti magistri Johannis Cowell publice lectis, idem magister Johannes Cowell ad honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et mandati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis litterarum commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem. Deinde comparuit personaliter magister Johannes [illegible] notarius publicus, Curie Cantuariensis de Arcubus London. procuratorum generalium unus, et exhibuit procuratorium sive litteras procuratorias pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesie Cathedralis sancti Pauli London. predicte sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatas, et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit eidem magistro Johanni Cowell vicario in spiritualibus generali et commissario predicto venerandum in Christo patrem dominum Georgium Abbott sacre theologie professorem Coventr. et Lichfeld. Episcopum in Episcopum et pastorem ecclesie Cathedralis sancti Pauli London. predicte electum, et ipsum electionem confirmari petiit [illegible] et consequenter idem magister Johannes [illegible] exhibuit mandatum citatorium originale [illegible] contra oppositores in hac negotio [illegible] cum certificatorio [illegible] et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi [illegible] preconizari, et nullo modo comparentibus [illegible] prefatus magister Johannes [illegible] procurator antedictus accusavit contumaciam eorum omnium et singulorum sic [illegible] preconizatorum ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum [illegible] sufficienter expectatis et nullo modo comparentibus nec aliquid in hac parte dicere [illegible] vel opponere [illegible] et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces [illegible] Deinde idem magister Johannes Cowell pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos [illegible] preconizatos et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicere [illegible] vel opponere curantes contumaces et in penam contumacie [illegible] cuiuslibet opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam sic electam [illegible] ac decrevit procedendum fore [illegible] in absentia, prout in schedula [illegible] tunc lecta plenius continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Johannes [illegible] procurator antedictus in penam contumacie eorum [illegible] et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti etc., qua quidem summaria petitione per me prefatum Johannem Weston de mandato dicti magistri Johannis Cowell publice lecta, idem magister Johannes Cowell admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure sit admittenda et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit eidem [illegible] terminum ad probandum [illegible] in eadem summaria petitione [illegible] statim. Et tunc dictus magister [illegible] in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit processum electionis de persona dicti venerandi patris in Epum et Pastorem ecclie Cathis Sci Pauli London per decanum et Capitulum eiusdem ecclie habit et factum sub forma publici Instrumenti concept ac lras certificatorias super eadem electione factas sigillo eorum communi (vt apparuit) sigillat, et exhibuit instrumentum publicum sub consensu dicti Reverendi patris eidem electioni adhibit et etiam exhibuit lras patentes regias de assensu suo regio superius mentionat magno sigillo Anglie sigillat et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atque habita et gesta prout in eisdem continetur, petenque terminum assignari ad audiendum sniam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem prefatus venerabilis vir Johannes Cowell assignavit ad audiendum sniam ad statim. Consequenter vero facta alia trina publica preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (vt prefertur) citatorum et nullo modo comparen, nec aliquid in hac parte opponentis Quorum dictus venerabilis vir ad petitionem prefati magistri Clarke vt supra accusan eorum contumaciam, pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem eiusdem magistri Clarke decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis eorundem sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem venerabilem virum lecta continetur, Quibus expeditis, prestitoque iuramento per prefatum Reverendum patrem dominum electum ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tact et deosculat tam de fidelitate, obedientia et subiectione prenominato domino nostro Regi eiusque heredibus et successoribus prestand ac de renuntiando dicte forance potestati &c iuxta formam statuti in ea parte edit et provis Necnon de Canonica obedientia prenominato Reverendissimo patri domino Archiepo Cant et successoribus suis ac quam de Symonia non commissa aut perpetrat vel de procuratione sive acquisitione Epatus London iuxta formam Canonis in ea parte edit prenominatus venerabilis vir Johannes Cowell ad petitionem magistri Clarke legit tulit et promulgavit sententiam diffinitivam sive finale decretum in dicto confirmationis negotio in scriptis concept, pronuntiand decernend, declarand, confirmand, ceteraque faciend prout in eadem continetur, super quibus omnibus et singulis tam dictus dominus Electus quam memoratus magister Clarke procurator decani et Capituli predict me notarium publicum subscriptum sibi vnum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter respective rogarunt et requisiverunt. Postremo vero dictus venerabilis vir Johannes Cowell tam ad petitionem dicti domini Electi quam memorati magistri Clarke procuratoris decani et Capituli predict decrevit eis lras testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma suprascriptis certificatorias gestis et expeditis fieri et liberari presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Thoma Crake Thoma Ridley Thoma Edwards Willelmo Hyde Bartholomeo Jesoppe Jacobo Hussy et Edmundo Pope legum respective doctoribus Johanne Barkham sacre theologie baccalaureo Willelmo Crake in legibus baccalaureo, Thoma Fles Richardo Stubbs Johanne Cowche Rogero Cole Georgio Cole Johanne Drake David et Richardo Wrytham notarijs publicis Barker et Richardo Chiggs literatis et multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Tenores vero tam lrarum patentium Regie maiestatis quam totius processus in dicto confirmationis negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales viz.

Lre patentes regie de assensu suo regio

Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro domino Ricardo Cantuar Archiepo ac alijs quibuscumque Epis quorum in hac parte interest salutem Cum vacante nuper sede Epali London per mortem naturalem vltimi Epi ibidem ad humilem petitionem decani et Capituli eiusdem Ecclie per lras nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem sedis predicte Idem decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte Reverendum in Christo patrem Georgium Abbott sacre theologie professorem Coven et Lich Epum sibi et ecclie Cathis London predict elegerunt in Epum et Pastorem prout per lras suas communi sigillo eorum communi sigillat nobis inde direct plenius apparet Nos electionem illam acceptantes tali electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatinus vos eundem Georgium in Epum et Pastorem ecclie Cathis London predict sic (vt prefertur) electum electionemque predict confirmare Ceteraque omnia et singula peragere que vestri in hac parte incumbunt pastorali officio iuxta formam statuti in ea parte edit et provis velitis cum effectu In cuius rei testimonium has lras nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westm quinto decimo die Januarij Anno regni nostri Anglie ffrancie et Hibernie septimo et Scotie quadragesimo tertio. Wright &c. per breve de privato sigillo &c.

Ricardus

Lr̃e Commissionales Regri genl·

Richardus providentia divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Johanni Bennett legum doctori vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali, Willelmo fferrand, Johanni Amye et Willelmo Bird legum etiam doctoribus Salutem et gratiam. Cum literas patentes Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes datum apud Westm decimo quinto die Januarij Anno regni sui Anglie, ffrancie et Hibernie septimo et Scotie quadragesimo tertio receperimus in quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem reverendi in Christo patris domini Georgij Abbott sacre theologie professoris Coven et Lichf Episcopi ad Episcopatum London confirmaremus Nos tum ea qua decuit reverentia volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere Ad cognoscendum igitur, discutiendum, approbandum et confirmandum dictam electionem de persona eiusdem reverendi patris factam et celebratam Ipsamque electionem et partem electam secundum Juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam ac iuxta tenorem, formam et effectum mandati regij predicti nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis coniunctim et divisim constiterit rite et legitime approbandum et confirmandum defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in dicto tenore presentium concedimus potestatem (Juribus nostris Archiepiscopalibus Cant' ceterisque emolumentis nobis ac officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat' in manerio nostro de Lambehith decimo nono die mensis Januarij Anno domini iuxta computationem Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo nono et nostre Translationis Anno sexto.

Procuratorium.

Pateat universis per presentes quod nos Johannes Overall sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London' et eiusdem Ecclesie Capitulum venerabiles viros Johannem Overall decanum antedictum, Thomam White et Thomam Mountford sacre theologie professores dicte Ecclesie Cathedralis Canonicos et Residentiarios, Johannem Hayward legum doctorem necnon magistros Johannem Amerideth, Thomam Ales, Henricum Farmonder, Humfridum Lloyde et Johannem Price notarios publicos Alme Curie Cant' de Arcubus London' procuratores generales nostros et eorum quemlibet per se divisim et in solido ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare finire et finire nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores, actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuntios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula, nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes, Damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et in solido potestatem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice et nomine nostris coram reverendo in Christo patre domino Georgio Abbott permissione divina Coven et Lichfeld Episcopo in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London' predicte per nos unanimiter electo comparendi et interessendi, literasque certificatorias sive decretum de et super electione sua huiusmodi per nos factas et sigilloque nostro communi sigillatas eidem reverendo in Christo patri exhibendi et ostendendi ipsumque suppliciter et cum instantia quoties eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quod ipse electioni de se facte consentire et consensum suum expresse prebere dignetur rogandi et requirendi electionemque sive certificatorium super electione huiusmodi predicte serenissimo domino nostro Jacobo dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regi fidei defensori &c significandi et intimandi necnon negotium confirmationis electionis predicte coram reverendissimo in Christo patre domino Richardo divina providentia Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et metropolitano eiusve vicario in spiritualibus generali et officiali principali sive Commissario quocunque in hac parte usque ad finalem expeditionem eiusdem nomine nostro prosequendi ac confirmationem in ea parte petendi et obtinendi, protestandi et appellandi, et protestationes et appellationes huiusmodi notificandi et intimandi Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituendi ac substitutum vel substitutos huiusmodi revocandi procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumendi quoties et quando id eis vel eorum alicui melius videbitur expedire Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum usque ad finalem expeditionem negotij confirmationis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid procuratores nostri predicti aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel eorum aliquo sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum tam presentium quam

~~futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes In cuius rei testimonium sigillum nostrum~~
~~Commune presentibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari Quinto die Januarij Anno dni iuxta~~
~~computacionem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo nono~~

Citacio contra oppositores

Richardus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus omnibus et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nram Cant ubilibet constitutis Salutem et gratiam Cum vacante nuper sede Epali London per obitum bone memorie dni Thome Ravis ultimi Epi ibidem Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Sancti Pauli London pro electione novi et futuri Epi ibidem (licentia regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes Reverendum in Christo patrem ac venerabilem confratrem nrum dnm Georgium Abbott sacre theologie professorem Coven et Lichfeld Epum in eorum et dicte Ecclie Cathis Sancti Pauli London predicte Epum et Pastorem elegerint Cumque serenissimus in Christo princeps et dnus nr dnus Jacobus dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris dni electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes regias suo magno sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit mandando quatenus ad electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte edit et provis velimus cum omni celeritate accomoda prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem dni nri Regis mandatis pro officij nri debito parere ac in huiusmodi confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad diem horas locum et effectum infrascript monend et citand fore decrevimus iustitia mediante Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London decanatus de Arcubus London nri et ecclie nre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco convenienti infra eandem ecclesiam parochialem vel in alijs locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie alioquin in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut vicario nro in spiritualibus generali et officiali principali vel Comissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Sabbati vicesimo viz die mensis instantis Januarij inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et locorum si oporteat in ea parte faciend contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam si qua putaverint interesse in debita iuris forma dictur excepturi et opposituri ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimantes preterea modo et forma precitatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis vel vicario nro in spiritualibus generali vel Comissario nro predicto comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint, sive non Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedimus ac procedere intendimus seu sic procedet et procedere intendit vicarius nr in spiritualibus generalis vel Comissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in premissis feceritis nos aut vicarium nrum in spiritualibus generalem antedictum vel comissarium huiusmodi debite et authentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nrum mandatum fuerit executus unacum presentibus Dat decimo septimo die mensis Januarij Anno dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo nono et nre Translationis Anno sexto

Certificatorium eiusdem Citacionis

Reverendissimo in Christo patri et dno dno Richardo providen divina Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano vestrove vicario in spiritualibus generali et officiali principali aut Comissario vestro cuicunque in hac parte specialiter deputat vester humilis et devotus Richardus Chippe literatus vester ad infrascripta exequenda mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto reverendissimo patri debit et condign cum honore Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper

Cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequutus Omnes vigore pariter et auctoritate omnes et
singulos oppositores si qui sint tam in specie quam in genere qui contra [illegible] electionem formam
eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati
vestri in valvis exterioribus ecclesie parochialis beate Marie virginis de Arcubus London' prescripti et
ibidem aliquamdiu dimissi quam per publicationem eiusdem in eadem ecclesia parochiali die Jovis decimo octa-
vo die mensis instantis Januarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo
nono peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco
in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato content' et specificat' contra dictam electionem formam eiusdem aut personam
electam huiusmodi (si qua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi, excepturi et opposituri ulteriusque facturi
et recepturi quod tenor et effectus istius vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt Et preterea
quibus die et loco prefatis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora
et loco comparuerint et que iniuncta sunt fecerint sive non vos nihilominus aut vicarius vester in
spiritualibus generalis vel Commissarius predictus in huiusmodi confirmacionis negotio iuxta iuris exigentiam procedetis
seu procedet ac procedere intenditis seu intendit, ipsorum sic citat' et non comparentium absentia sive contu-
macia in aliquo non obstante Et sic ego mandatarius antedictus mandatum vestrum Reverendissimum huiusmodi quantum
in me fuit debite et humiliter sum executus In cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri domini
Archidiaconi London' presentibus apponi procuravi Et nos Archidiaconus antedictus ad specialem rogatum dicti
Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat' decimo nono die mensis Januarii Anno
domini iuxta computacionem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo nono predict'.

Cedula prima

In dei nomine Amen Nos Johannes Cowell legum doctor Reverendissimi in Christo
patris et domini domini Ricardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropo-
litani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis Necnon Commissarius inter alios ad infrascripta
Reverendissimi et dicti speciale et legitime deputatus et constitutus in negotio confirmacionis electionis de persona venerandi
in Christo patris domini Georgii Abbott sacre theologie professoris Coven' et Lichen' episcopi in episcopum et pastorem
ecclesie Cathedralis sancti Pauli London' electi facte et celebrate rite et legitime procedentes omnes et singulos
oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte
electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua pu-
taverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita
iuris forma dicturi, excepturi et opposituri alias rite legitime et peremptorie citatos, sepius publice preconizatos diuque
et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, ad peticionem partis decani et Capituli ecclesie Cathedralis
sancti Pauli London' predict' pronunciamus contumaces ac in penam contumaciarum suarum huiusmodi via
ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi ipsis et eorum
cuilibet precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmacionis negotio proce-
dendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni Anglie exigentiam ipsorum sic citatorum et
non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Summaria petitio

In dei nomine Amen Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo
providentia divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primate et metropolitano ad infrascripta
auctoritate Parliamenti Anglie (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo
principis et domini nostri domini Jacobi dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defen-
soris etc. sufficienter et legitime fulcit' vestrove vicario in spiritualibus generali et officiali principali aut Commissa-
riis vestris quibuscumque in hac parte specialiter deputatis coniunctim alterove quocumque) Pars venerabilium virorum
decani et Capituli ecclesie Cathedralis sancti Pauli London' dicit allegat et in hiis scriptis ad omnem iuris effectum
inde sequi valentem summarie petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur.

Inprimis videlicet quod dicta sedes Episcopalis London' per mortem naturalem bone memorie domini Thome
Ravis ultimi Episcopi et Pastoris ibidem nuper vacare cepit et aliquamdiu vacavit, pastorisque solatio destitut'
extitit et existit in presenti Et hoc fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et
famosum Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet.

Item quod dicta sede Episcopali London' dudum (ut prefertur) vacante decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis
sancti Pauli London' predict' Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia regia
prius in ea parte petita et obtenta) tertium diem ac domum suam Capitularem ecclesie Cathedralis
predicte pro huiusmodi electione facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac assigna

et singulos eiusdem ecclesie Cathedralis Canonicos et prebendarios qui voces suas in eadem electione habuerunt seu habere pretendebant ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3. Item quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis die videlicet quinto viz die mensis Januarii Anno Domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo nono iam currente capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea in hac parte eligenda in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo patrem dominum Georgium Abbott Sacre Theologie professorem Coventrensem et Lichfeldensem Episcopum in eorum et dicte ecclesie Cathedralis Episcopum et Pastorem elegerunt et ecclesie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4. Item quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in ecclesia Cathedrali Sancti Pauli London predicta coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra.

5. Item quod dictus Reverendus pater dominus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London predicte (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra.

6. Item quod antedictus Reverendus pater dominus Georgius Abbott Coventrensis et Lichfeldensis Episcopus in Episcopum London Electus fuit et est vir providus et discretus eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon Deo devotus et ecclesie memorate apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7. Item quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam antedicto serenissimo domino nostro Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta statuta huius inclyti Regni Anglie significaverunt et intimaverunt Et ponit ut supra.

8. Item quod intimato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi idem serenissimus dominus noster Rex pro sua Clementia regia electioni huiusmodi de persona prefati Reverendi patris (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet illamque ratam et gratam habuit et habet Et ponit ut supra.

9. Item quod dictus serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas nuper significavit verumetiam earundem literarum suarum patentium serie vobis regnando mandavit quod vos electionem predictam et personam electam confirmare ceteraque peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum regiarum patentium huiusmodi seriem velitis cum favore Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

10. Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama unde facta fide de Jure in hac parte requisita (ad quam faciendam offert pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis) petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam fore decerni et eam sic confirmari iuxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem Curamque Regimen et administrationem spiritualium Episcopatus London predicti eidem domino electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum

suorum

[illegible] universorum [illegible] et [illegible] fore decetum [illegible] statu et decreti
in premissis [illegible] quibuscumque [illegible] et racione ac statutis [illegible]
Regni Anglie [illegible] supplendo defectus quoscumque in hac parte interuenientes Que proponit
[illegible] non artans se ad omnia et singula premissa probanda
[illegible] superflue probacionis de qua protestatur, sed quatenus probaverit in premissis [illegible]
obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium [illegible] Judex [illegible]
humiliter implorando.

Universis et singulis Christi fidelibus publi-
[illegible] testimoniales visuris lecturis vel audituris [illegible] infrascripta tangunt seu tangere
poterunt quomodolibet in futurum Johannes Overall sacre theologie professor decanus ecclesie Cathe-
dralis Sancti Pauli London et eiusdem ecclesie Capitulum Salutem in domino sempiternam et fidem indu-
bitam presentibus adhibere Ob [illegible] vestram noticiam deducimus et deduci volumus per presentes
[illegible] nuper sede Episcopali London per mortem naturalem recolende memorie Thome
Ravis ultimi Episcopi et Pastoris eiusdem Nos decanus et Capitulum predicti ne eadem ecclesia
Cathedralis per suam diutinam vacacionem aliqua pateretur incomoda ad electionem futuri Episcopi
et Pastoris eiusdem procedere volentes (habita prius licentia regia de alio in Episcopum ipsius ecclesie eligendo)
diem [illegible] mensis Januarii Anno domini iuxta computacionem ecclesie
Anglicane millesimo sexcentesimo nono [illegible] qua Capitulum celebrari consuevit, ac domum Capitularem
ecclesie predicte cum continuacione dierum et horarum extunc sequentium et locorum si oporteat, in ea
parte [illegible] [illegible] et aliis eiusdem ecclesie Canonicis et prebendariis
absentibus ius vocem [illegible] in electione futuri Episcopi et Pastoris ecclesie memorate habentibus
seu habere pretendentibus ad electionem futuri Episcopi et Pastoris prefate ecclesie Cathedralis [illegible]
[illegible]) celebrand. pro termino et loco competenti prefiximus et assignavimus Ad quos
quidem diem horam et domum Capitularem antedictam omnes et singulos Canonicos et prebendarios
predicte ecclesie [illegible] interesse in huiusmodi electione et electionis negotio habentes in specie
[illegible] omnes et singulos alios (si qui essent qui de iure seu consuetudine in hac parte habere
pretenderent) in genere ad procedendum et procedi videndum nobiscum in eodem electionis negotio
ac in omnibus et singulis actis [illegible] ad finalem expedicionem eiusdem iuxta [illegible]
et laudabilem consuetudinem ecclesie predicte in hac parte ab antiquo usitat. et [illegible]
[illegible] citari [illegible] et moneri fecerimus Et in ea parte [illegible]
[illegible] in forma [illegible] valida et effectuali fecimus [illegible] et mandatum dilectis nobis in
Christo Thome Mountford Junior Sacriste Roberto Elson Rolando ffleminge Johanni
ffarnam et Mattheo [illegible] ecclesie Cathedralis predicte [illegible] in ea parte commisimus
Qua quidem die [illegible] Januarii adveniente hora qua Capitulum dicte ecclesie
celebrari consuevit Nos prefati decanus [illegible] aliis confratribus nostris Canonicis et prebendariis
eiusdem ecclesie [illegible] Campana ad Capitulum celebrandum primitus pulsata pulsata, [illegible]
[illegible] dei auxilio implorato ac hymno Veni Creator spiritus per ministros ecclesie predicte decantato
domum Capitularem predictam ingressi et ibidem Capitulum facientes in dilecti nobis in Christo
Silvestri [illegible] notarii publici [illegible] Capituli [illegible] ac testium infrascriptorum nominatorum presentiis
[illegible] comparuit coram nobis prefatus Thomas Mountford Junior Sacrista predictus [illegible]
et exhibuit mandatum citatorium originale [illegible] emanat. ac inferius descript. una
cum Certificatorio in dorso eiusdem ac schedula quadam eidem annexa nomina et cognomina
omnium et singulorum Canonicorum et prebendariorum dicte ecclesie Cathedralis vigore dicti mandati
citatorum in se continen. Quorum quidem mandati Citatorii Certificatorii et schedule ven-
[illegible] sequuntur et sunt tales Johannes Overall sacre theologie professor decanus ecclesie
Cathedralis Sancti Pauli London et eiusdem Capitulum dilectis nobis in Christo Thome Mount-
ford Juniori Sacriste Roberto Elson Rolando ffleminge Johanni ffarnam et Mattheo
[illegible] ecclesie Cathedralis predicte salutem in auctore salutis Cum sedes Episcopalis London per
quamdiu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et elargimur In cuius rei
testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' octavo die
mensis Decembris Anno Dni millesimo sexcentesimo octavo Et nre Translationis Anno
Quarto

Lra Gilbert practicand' arte medicine

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas
et Metropolitanus dilecto nobis in Christo Adriano Gilbert de Sandwich in Comitatu
Kancie dioc' nreque Cant' predicte Armigero Salutem et gratiam Cum ex fidedigna relatione
acceperimus te in arte medicine per non modicum tempus versatum fuisse multisque
de salute et sanitate corporis vere desperatis (Deo omnipotente adiuvante) subvenisse
et eosdem sanasse necnon in arte predicta multorum peritorum laudabili testimonio
pro experientia fidelitate diligentia et industria tuis circa curas quas susceperis

peragend'

peritendas in huiusmodi arte medicine merito commendatum esse Ad practicandum igitur et exercendum dictam artem medicine in et per totam dioc' nostram Cant' ex causis predictis et aliis nos in hac parte iuste moven' quantum nobis per statuta huius Regni Anglie liceat et non aliter neque alio modo dummodo Juramentum de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando recusando et refutando omni et omnimode Jurisdictionis potestati auctoritati et superioritati forincecis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit' et provis' coram dilectis nobis in Christo vicario de Wrotham et Burkland clerico Curato de Combentynhead in Com' Devon' per nos in hac parte com'm et di'm litteris constitut' coram altero aut utroque eorum artem medicine exerceas prestes et non aliter te admittimus et approbamus Tibique licentiam et facultatem nostras in hac parte tenore presentium (quamdiu te bene et laudabiliter gesseris) benigne concedimus et elargimur In cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' decimo tertio die mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo octavo Et nostre translationis Anno quarto.

Commissio ad recipiend' Juramentum supremitatis per dicto Gilbert

Richardus providentia divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus dilectis nobis in Christo vicario de Wrotham et Burkland clerico Curato de Combentynhead in Com' Devon' Exon' dioc' nostre Cantuarien' Provincie salutem et gratiam Cum nos ex certis causis in ea parte moven' dilectum nobis in Christo Adrianum Gilbert de Sandridge in Com' predict' Ar' ad practicand' et exercend' artem medicine dummodo prius Juramentum supremitatis regie maiestatis debitum coram vobis aut vestrum altero prestet antequam dictam artem exerceat licentiavimus prout per litteras nostras sibi inde factas et concessas quarum dat' presentium plenius apparet Ad recipiend' igitur dictum Adrianum Gilbert Ar' Juratum de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode Jurisdictionis potestati auctoritati et superioritati forincecis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit' et provis' Ab eodem Adriano Gilbert vice et nomine nostris recipiend' et prestari videnda vobis de quorum fidelitate conscientie puritate et religionis sinceritate in hac parte plurimum confidimus com'm et di'm vices et auctoritatem nostram in hac parte committimus et impertimur per presentes volentes quod de omni eo quod vos aut vestrum alter in hac parte actum gestum vel expeditum fuerit nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem et officialem principalem aliquem Judicem in hac parte competentem quemcumque citra festum sancti Michaelis proxime futurum post dat' presentium sub forma autentica debite certificetis una cum presentibus In cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat' decimo tertio die mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo octavo Et nostre translationis Anno Quinto

Test' Clementis Vell

In the name of god Amen The one and twentieth daie of Auguste in the yeare of our Lord god one thousand sex hundreth and seaven I Clement Vell of the parrishe of Mansfield in the Countie of Sussex in the peculiar Jurisdiction of Southmallinge yeoman beinge of whole minde and in good and perfecte remembrance (thanks be to god) doe make and ordeyne this my laste will and testament in manner and forme followinge; ffirste I commende my soule unto Almightie god my maker and redeemer, and my body to be buried where it shall please god. Item I will and bequeathe tenne shillings to the parrishe of Mainsfeild to be bestowed at my buriall at the discretion of my overseers Alsoe I give to the parrishe of Rotherfeild tenne shillings to be bestowed at my buriall at the discretion of my overseers Item I will and bequeathe to my sonne Edward Vell and to his heires for ever one house with the landes, with the shopps and all other edifices and buildings whatsoever thereunto belonginge and apperteyninge situate lyeinge and beinge in the Towne of Smarden in the Countie of Kente, Item I will and bequeathe to my sonne Clement Vell Thirtie poundes of lawfull money to be paied unto him when he shall accomplishe the age of one and twentie yeares by my executor, Item I will and bequeathe to my daughter Anna Vell Twentie poundes of lawfull Englishe money to be paied unto her by my Executor when she shall accomplishe the age of one and twentie yeares Provided alwaies that if my Executor doe not pay the full and whole some of twenty poundes aforesaid to my daughter

Anna at the tyme aforesaid, then it shall be lawfull for her or her assignes to enter in and uppon my house and lands in Smarden aforesaid, and the same to have holde and enjoye for the space of five yeares untill she is fully satisfied for the twentie pounds aforesaide. ffurthermore I make and ordeyne Edward Holl my sonne my sole and only executor of this my laste will and testament to whome I give all my other goods and chattells not before given nor bequeathed. ffurthermore also I doe appoynte and ordeyne Thomas [illegible] of Marsfeild aforesaid [illegible], and Edward Hoder the younger of [illegible] aforesaid my true and faithfull overseers of this my laste will and testament to whome I give to eache of them five shillings for theire paynes, and also theire charges to be paide them for theire travell and expences or any other busines tendinge to this my laste will and testament. Dated the daie and yeare firste above written, in the presence of Robert Hodly, John Williams, Clement Holl:/

Probatum fuit huiusmodi testamentum coram venerabili et egregio viro domino Thoma Crompton milite legum doctore vicario in spiritualibus generali et officiali principali domini Richardi providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Angliae primatis et metropolitani octavo die mensis Aprilis Anno domini millesimo sexcentesimo octavo Juramento Edwardi Holl filii dicti defuncti et executoris unici in huiusmodi testamento nominat. cui commissa fuit administratio etc. primitus de bene etc. iurat. Salvo iure etc.

[illegible] vicecustod. et ad officiar. Collegii omnium animarum Oxon.

Richardus providentia divina Cant. Archiepiscopus totius Angliae primas et metropolitanus Almaeque Universitatis Oxon Cancellarius, Necnon Collegii Animarum omnium fidelium defunctorum de Oxon visitator, patronus et ordinarius, dilectis nobis in Christo magistro Roberto Hovenden sacre theologiae professori dicti Collegii custodi omnibusque et singulis eiusdem Collegii sociis et scholaribus, Salutem et gratiam. Cum nobis per literas tuas tu praedicti Roberti Hovenden custodis nomine Collegii predicti dat. decimo octavo die instantis mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo octavo significatum sit quod cum statutis dicti Collegii provisum sit quod [illegible] verborum tenore [illegible] et necessitate finali [illegible] ad vicecustodis, decanorum, officiariorum futurorum electionem statim procedatur, Cumque ulterius felicis memoriae dominus Johannes Stafford Cant. Archiepiscopus et unus ex predecessoribus nostris ordinavit in haec verba Et si prefatorum vicecustodis Bursariorum et decanorum vel eorum alicuius electionem infra tres dies post tempus in dicto statuto limitatum seu dictorum trium dierum spacium celebrari non contigerit tunc ad nos et successores nostros Cant. Archiepiscopos sede plena ipsorum electio pertinere debet. Cumque vos iuxta statuta predicta ad vicecustodem, Bursarios, decanosque designandos convenistis, sed variantibus suffragiis concordare non potuistis, adeo ut potestas nominandi et designandi dictos officiarios omnes et singulos ad nos tanquam patronum visitatorem et ordinarium sit iure devoluta, vacatque [illegible] electione lectoris sive moderatoris in Theologia cuius electio etiam fieri debuisset tempore electionis officiariorum eodem modo et per easdem personas quibus Bursarii eliguntur, vobis igitur et singulis vestrum significamus nos cum causae cognitione et matura deliberatione Johannem [illegible] in artibus magistrum in vicecustodem, Thomam [illegible] in artibus magistrum in lectorem sive moderatorem in Theologia, Georgium Lawley in legibus baccalaureum in decanum Juristam, Gulielmum [illegible] in artibus magistrum in decanum Artistam, Arthurum Duke in artibus magistrum Bursarium Juristam, et Richardum Mockett sacre theologiae baccalaureum in Bursarium Artistam nominasse et designasse ac per praesentes nominare et designare, Vobis et vestrum singulis mandantes ut absque [illegible] publicatione eosdem ad officia suprascripta respective recipiatis et admittatis et pro dictis officiariis suis quoad omnes effectus accipiatis. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium praesentes literas nostras sigilli nostri Archiepiscopalis appositione communiri mandavimus. Dat. in manerio nostro de Lambehith vicesimo secundo die mensis Decembris Anno domini millesimo sexcentesimo octavo Et nostrae Translationis Anno quinto.

Bre Regium ad sequestrand. etc.

Jacobus dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Rex fidei defensor Reverendissimo in Christo patri domino Richardo miseratione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae primati et metropolitano Salutem. Quia Justiciarii nostri in quadam [illegible] pendentibus [illegible] contempt et neglect officii sui in [illegible] [illegible] et [illegible]

spualib

spualos in dicta schedula content separaliter inexpressi sunt nulla pro primitijs inde composuerunt aut saltem pro solutione nobiscum habit Nos igr volentes eosdem separales Incumbentes et eorum quemlibet debite arceri prout exigit de causis nos spialr moven ac de fidelitat et circumspeccon vris plurimum confiden assignauimus vos et nihilominus volumus et mandamus qd immediate sup receptione huius brevis nri sequestrete et in manus nras seisiri faciate omnia et singula redditus reuenciones exitus proficua fructus comoditates glebas decimas oblationes pentiones porciones et alia emolumenta et proficua quecumq huiui Incumben in schedula predict pro huiui beneficijs et promocionibus suis in eadem schedula nominat spectant et ptinen in quorumcumq manibus possessione siue occupacon illa vel eorum aliqua modo existunt aut imposterum existent Intimetisq publicete et declarete hanc sequestracionem nram auctoritate fact talibus temporibus locis et huiui psonis prout vobis maxime videbitur expedire Ac insup petate exigate collegate leuetis et in manus nras recipiate a quibuscumq tenen firmar et occupator dictorum spualium beneficiorum et promotionum spualium et eorum cuiuslibet sua reddit reuentoes exit profic et alia quecumq comoda pro nobis et ad vsus et comoditates nras illaq omnia et singula et quamlibet inde parcellam insimul ut separatim in vsus et emolument nra reponate et seruete omnino Bona vero et catt si que forte fuerint peritur maiori comodo nro vendantur ceteraq que de iure exigere poterite faciatis que vobis nra resolvantur hincq mandat nro iustete donec aliud in habuerite in mandate Ac coram Baron de Scaccario nro apud Westm recept vrorum inde ratiocinand et calculum reddend in quindena Hillarij prox futur reddat assignauimus enim et constituimus vos aliosq districtos et bone nominis viros qui vobis approbat et comodi videbuntur Collector et recept in pmiss certior reddat Barones nros predict ad idem et locum predict quid feceritis in premissis remittetis eisdem Baron nris pns mandat nrum in reddict compoti vri predict Damus autem tenore presentium in mandat omnibus et singulis iusticiar maioribus vicecomitibus ballivis, Constabular et alijs officiar et ministris nris quibuscumq tam infra libertates quam extra qd vobis et vris in hac parte deputat circa executionem presentis brevis nri obedient assistent auxilian sint et intendend prout decet Teste Laurentio Tanfeild milit apud Westm vicesimo octavo die Novembris Anno regni nri Anglie ffrancie et Hibernie Sexto et Scotie quadragesimo secundo

Graveney vicaria in Com Cant sequestrentur fructus inde si Willmus Cowell clericus sit vicarius ibm quia non composuit pro primit dict vicar, Rectoria omnium sanctorum de Hope in Com predict sequestrentur fruct eiusdem si Johannes Messe clericus sit Rector ibm quia non composuit pro primitijs inde

Richardus providentia divina Cantuariens Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus dilecto nobis in xpo

Sequestraco fructuum Rectorie omnium sanctorum de Hope pro primitijs

gardiano eccliae parochialis omnium sanctorum de Hope nre Cant dioc Salutem et gratiam Cum Johannes Messe Clericus in Artibus magister Rector eccliae pochialis omnium sanctorum de Hope predict in eandem Rectoriam nuper ingressus fuerit, fructusq decimas et emolumenta ecclastica eiusdem Rectorie perceperit nulla pro primitijs inde (ut statuta huius Regni Anglie exigunt) composicone cum Serenissimo in xpo principe et dno nro dno Jacobo dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rege fidei defensore &c habit prout ex tenore brevis Regij dicti dni nri Regis nobis in hac parte direct plenius liquet et apparet, Nos igr auctoritate Brevis Regij predict ac iuxta mandatum dicti dni nri Regis nobisfactum omnia et singula redditus, reventiones exitus, proficua fructus comoditates, glebas decimas, pentiones, portiones et alia emolumenta et proficua quecumq ad dictum Johannem Messe iure et nomine dicte eccliae parochialis omnium sanctorum de Hope spectand et ptinen in quorumcumq manibus possessione siue occupatone illa vel eorum aliqua modo existunt aut imposterum existent (ex causa predicta) duximus sequestrand prout etiam harum serie sic sequestramus ac huiui nri sequestri custodiam vobis tenore presentium committimus pro predict Ad publicand igr et intimand huiui sequestrationem sic (ut pmittitur) regia auctoritate interpositam talibus temporibus locis et psonis quibus vobis maxime videbitur expedire Ac insup ad petend exigend colligend levand et recipiend ad vsum et comoditatem dicti dni nri Regis ab Incumben tenent, firmarijs et occupator dicte eccliae pochialis omnium sanctorum de Hope predict omnia redditus, reventiones exitus proficua et alia comoda et emolumenta ecclastica quecumq ad eandem eccliam spectant Illaq omnia et singula et quamlibet inde parcellam insimul vel separatim in vsus eiusdem dni nri Regis reponend et servand, Bona vero et Catalla (si que forte fuerint peritura) maiori comodo dicti dni nri Regis vendend, ceteraq que de iure exigere poterite faciend dinec et quousq aliud inde a nobis habuerite in mandatis vobis

Eorum

Com̃ et diu̅ vices nras tenore p̄ntium committimus mandantes q^d certam nobis aut vicario nro in spũalibus generali aut alijs Judici in hac parte competen' quotiescumque in ecclia Cathedrali Sancti Pauli London' coram nobis ibm tertio die Juridico post festum sive diem Quindene Pasche prox' futur' post dat' p̄ntium sup' [illegible] ad nra reddend' ibm consuet' fideles rationes receptorum [illegible] inde ad usum dicti dni nri Regis iusto reddat'. Deinde vobis harum serie significamus q^d dictus Serenissimus dnus nr Rex in brevi suo regio predicto in mandat' dederit omnibus et singulis Justiciar' maioribus vicecomit' ballivis Constabularijs et alijs officiarijs et ministris dicti dni nri Regis quibuscumque tam infra libertates quam extra qd nobis et vobis circa executionem p̄dci sequestri obedien' assisten' auxiliantes sint et intendentes prout decet. Dat' sub sigillo (quo in hac parte utimur) vicesimo tertio die mensis decembris Anno dni millesimo sexcen^mo octavo Et nre Transl' Anno quinto.

Quarto die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computationem Eclie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Emanavit relaxatio sequestrationis fructuum Eclie predict' vigore Brevis regij &c

Breve regium ad relaxand' sequestrationem [illegible] antedict'

Jacobus dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Xpo patri dno Ricardo miseratione divina Cantuariensi Archiepo totius Anglie Primati et metropolitano Salutem Cum per bre nrum clausum sigillo Curie Scaccarij nri sigillat' nuper assignaverimus vos ad sequestrand' et in manus nras seisiend' inter alia omnia et singula reddit' reventiones exitus proficua fructus commodit' glebas decimas oblationes pentiones porciones et alia emolumenta et proficua quecumque rectorie omnium sanctorum de Hope in Com̃ nro Cantij Johannis Mosse Clerici Incumben' ibm spectan' et pertinen' in quorumcumque manibus possessione sive occupatione illa vel eorum aliqua existerent Et ad alia exequend' prout in brevi predicto plenius liquet vobis nunc precipimus q^d executionem brevis predicti tantummodo quoad dictam Rectoriam omnium sanctorum de Hope et eundem Johannem Mosse Incumben' ibm supersedeatis omnino commodaque fruct' et emolumenta eiusdem si que inde ea occasione et non alia cepistis Incumben' predict' liberetis seu liberari faciatis videlicet volumus enim vos in compoto vro ad Scaccarium nrum reddend' penitus inde exonerari ut est iustum. Teste Laurentio Tanfeild milite apud Westm̃ quarto ffebruarij Anno Regni nri Anglie ffrancie et Hibernie Sexto Et Scotie Quadragesimo secundo.

Commissio ad admittend' Willm̃ Durham in procuratorem

Richardus providentia divina Cant' Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus dilecto nobis in Xpo venerabili viro Danieli Dun milit' legum doctori alme Curie nre Cant' de Arcubus London' officiali aut alij dicte Curie presiden' cuicumque salutem et gratiam [illegible] scientia praxis in rebus gerendis aliaque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in Xpo Willmus Durham notarius publicus insignitur nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo prosequamur: Ad dispensand' igitur cum eodem Willmo Durham ut in numerum procuratorum generalium dicte Curie nre expectantium recipi et admitti ipseque eadem procuratoris officium publice exercere valeat ipsumque procuratorem dicte Curie sic admittend' et in numerum procuratorum generalium in eadem Curia expectantium aggregand' Tibi vices nras committimus et plenam in dno tenore p̄ntium concedimus facultatem Statutis et ordinationibus eiusdem Curie in contrarium factis non obstan' quibuscumque In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) p̄ntibus apponi fecimus Dat' decimo quinto die mensis decembris Anno dni millesimo sexcentesimo octavo Et nre Transl' Anno quinto.

Commissio Josephi Billing'

Decimo septimo die mensis Januarij Anno dni iuxta computationem eclie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Emanavit similis Commissio ad admittend' Josephum Billing' in legibus Baccalaureum in numerum procuratorum expectantium dicte Curie de Arcub' London' &c

Commissio Johis Ward filij Thome Ward procurator' &c

Decimo nono die mensis et Anni predict' Emanavit similis Commissio ad admittend' Johannem Warde filium Thome Ward procuratoris de Arcubus London' in numerum procuratorum expectantium dicte Curie de Arcubus London'.

vicesimo

Commissio Thome Couldan

Vicesimo die mensis et Anni predict Emanavit similis Commissio ad admittendum Thomam Couldan in numerum procuratorum exercentium dicte Curie de Arcubus London &c./

Lra Wilson ad exercend officium obstetricis

Richarde by the providence of god Archbishope of Canterburie, Primate and metropolitane of all Englande To our welbeloved in Christe Mary Wilson the wiffe of Richard Wilson of Greenwiche in the Countie of Kente of the dioces of Rochester and our peculier of Canterbury send greetinge in our Lorde god everlastinge, whereas we understande by good testimony and credible certificate, that you the saide Mary Wilson are apt and able connynge and experte to use and exercise the office, busines, and function of a midwiefe Wee therefore as much as in us is, doe admitt you and give you power to use and exercise the said office, busines and function of a midwief, in and through the Citties and dioceses of London, Winchester and Rochester with the best diligence you may or can in this behalf, indifferently both to poore and riche, and alsoe to performe and accomplish all thinges aboute the same accordinge to your oathe thereuppon made and given uppon the holie Evangelists afore as god will give you grace and enable you In wittnes whereof we have caused our seale of office to be putt hereunto, yeoven the twentieth daie of Januarie in the yeare of our Lord god, accordinge to the computacon of the Churche of Englande, one thowsande, six hundreth and eighte, and in the fifte yeare of our Translation.

Commissio ad conferend ordines &c

Richardus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus dilecto nobis in Christo Petro Swon Civitatis et dioc Cantuar nreque Cantuariensis provincie in Artibus Baccalaureo Salutem et gratiam Ut a Reverendo in Christo patre dno Henrico eadem providentia Sarum Epo in quacunque ecclia ubi moram traxerit per Provinciam nram Cantuariensem ubilibet consistente aliquo die dominico seu festo, seu profesto, etiamsi extra tempora a Jure Canonibus et Constitutionibus ecclesiasticis statuta, id fieri contigerit, ad sacros diaconatus et presbiteratus ordines iuxta morem et ritum ecclie Anglicane, in ea parte provide et salubriter editis et ordinat licite valeas promoveri, dummodo etate, moribus, literatura idoneus repertus fueris, Super quibus Ordinantis conscientiam districte oneramus, ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum Licentiam et facultatem nras eidem Reverendo confratri nro hmoi ordines conferendi, quam tibi eosdem recipiendi benigne concedimus et impertimur per presentes Contrarijs Canonum institutis non obstantibus quibuscunque In Cuius rei testimonium Sigillum Quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat vicesimo octavo die mensis Januarij Anno dni iuxta Computationem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Et nre Translationis Anno Quinto.

Vicesimo quarto die mensis Februarij Anno dni iuxta computationem Ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo emanavit Lra cuicunque Epo Catholico officij sui executionem obtinen et exercen in quacunque ecclia ubi Epus hmoi moram traxerit per Provinciam Cant pred ad conferend sacros diaconatus et presbiteratus supra nominat Petro Swon &c/

Lra Epo Cicestren ad instituend magrum Gray

Richardus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus Reverendo in Christo patri ac venerabili confratri nro dno Lancelotto eadem providentia Cicestren Epo Salutem et fraternam in Dno Charitatem Ad Edmundum Graye Clericum Artium magistrum ad ecclesiam parochialem de Ipinge cum Capella de Chithurst eidem annexa in Com Sussex vre Cicestren dioc per deprivationem Johannis Parke Clerici ultimi Rectoris et Incumbentis ibm (ut dicitur) iam vacantem, ad nostramque presentationem sive quorumcunque patronorum presentationem sive patronatus presentandum existit, iuxta iuris et statutorum hmoi Regni Anglie exigentiam admittere, ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituere Canonice et investire cum omnibus suis Juribus membris et pertinentijs universis, ac in realem, actualem et corporalem possessionem dicte ecclie parochialis, Juriumque membrorum et pertinentium suorum universorum, induci mandare et facere, ceteraque omnia et singula alia facere exercere et expedire que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet requisita quibus die et in quocunque loco publico vel privato ad vrum arbitrium eligend per Provinciam nram Cant ubilibet consistent libere et licite possitis et valeatis, Licentiam et facultatem nras hac vice quantum in nobis est et iura Regni patiuntur patimur benigne concedimus et impertimur per presentes Iuribus nris Archiepalibus Cant et ecclie nre Cathis et metropolitice Xpi Cant dignitate et honore in omnibus semper salvis In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo nono die mensis Januarij Anno Dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Et nre Transl anno Quinto

Die Dominica Quinto xijᵗᵒ die mensis ffebruarij Anno Dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millimo sexcentesimo octavo inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei in Museo Reverendissimi in Xpo patris et Dni Dni Ricardi providentia divina Cantuarien Archiepi infra Manerium suum de Lambehith in presentia mei Johannis Keston notarij publici coram venerabili viro Dno Thoma Crompton milite legum doctore vicario suo in spualibus generali et officiali principali suo Commissario sufficienter hoc quartam inque dictam diem fato cedente, dictus Reverendissimus pater in causis suis spualibus incidentibus commisit vices suas venerabilibus viris Georgio Newman et Johanni Cowell legum respective doctoribus tam coniunctim quam divisim ad procedendum in omnibus causis etc. instituendum et inducendum etc. ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que ad dictum officium vicariatus in spualibus generalis dicti Reverendissimi patris quoquo modo spectant aut spectare poterunt in tam amplis modo et forma prout prefatus Dns Thomas Crompton dum in humanis extiterat expedire aut determinare virtute commissionis sue alias ei concesse potuisset etc. ad beneplacitum dicti Reverendissimi duratur, ac donec et quousque commissio super exercitio dicti officij per eundem Reverendissimum patrem alicui probo viro concessa fuerat et non aliter etc.

Commissio vicarij generalis concessa Jo: Cowell

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes Ire pervenerint Ricardus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et metropolitanus Salutem in Dno sempiternam Sciatis quod nos Ricardus Archiepus Cant antedictus de erudicione consciencie puritate et morum gravitate et industria dilecti nobis in Xpo Johannis Cowell legum doctoris plurimum confidentes, ac tam pro bono et fideli servitio per prefatum Johannem Cowell nobis et ecclie nre Cathedrali et metropolitice Xpi Cant hactenus impenso et prestito quam pro aliis causis iustis et bonis considerationibus nos ad id specialiter moventibus pro nobis et successoribus nris damus concedimus et hoc scripto nro confirmamus per presentes eidem Johanni Cowell legum doctori officium vicarij nri et successorum nrorum Archiepiscoporum Cant in spualibus generalis et officialis principalis unacum omnibus et singulis Jurisdictionibus feodis vadijs proficuis comoditatibus et emolumentis eidem officio tam de Iure quam de consuetudine quomodolibet spectantibus aut pertinentibus aut ratione exercitij eiusdem spectare aut pertinere debentibus Habendum tenendum et gaudendum dictum officium vicarij nri generalis et officialis principalis unacum omnibus et singulis premissis cum pertinentiis prefato Johanni Cowell legum doctori per se vel sufficientem deputatum suum sive deputatos suos per nos et successores nros approbandum et approbandos ad terminum et pro ac durante termino vite naturalis ipsius predicti Johis Cowell in tam amplis modo et forma prout nuper Edwardus Stanhope et Thomas Crompton milites legum doctores vel Ricardus Cosin legum doctor, seu quivis alius ante hac idem officium vicarij generalis et officialis principalis habuit possedit exercuit recepit aut gavisus fuit vel habere possidere exercere recipere aut gaudere potuit aut debet Tenoreque presentium dictum officium (ut prefertur) eiusdem exercitium Tibi prefato Johanni Cowell pro nobis et successoribus nris mandamus et committimus ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis et negotijs ecclesiasticis tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcumque partium instantias sive promotiones motis vel movendis aut ad ipsam Curiam vicarij nri generalis rite devolutis vel devolvendis ac de Iure more vel consuetudine in eadem tractandum vel ventilandum Ipsasque et ipsa discutiendum decidendum et fine debito terminandum Criminaque delicta et excessus quorumcumque subditorum tam infra dioc nram Cant ac peculiares Jurisdictiones nras quam per Provinciam nram Cant degentium sive comorantium et delinquentium quorum correctio punitio et reformatio ad nos et ad forum ecclesiasticum de Iure legibus et statutis huius inclyti regni Anglie pertinere dinoscuntur, debite corrigendum castigandum et puniendum ac penitentias salutares et condignas eis pro commissis huiusmodi iniungendum Illosque nre Jurisdictioni subditos quos ab officijs vel beneficijs ecclesiasticis de iure vel huius Regni Anglie statutis movendos amovendos iuxta iuris exigentiam ac iuxta Canones et Constitutiones ecclesiasticas rite amovendum Necnon quoscumque clericos ad quecumque beneficia ecclesiastica tam infra dioc nram Cant et

quascumque

161

Quarumcunque peculiaris Jurisdictionis nostri et ecclie nre Cathis et metropolitice Christi Cant mediate quam etiam alibi infra quascumque dioc nre Cant Provincie, quum et quoties easdem vero Pastorib solatijs destitutas fore et vacuas devenire contigerit) sita et existentia ad presentationem eorundem beneficiorum vacationes, post examinationem et approbationem nram et successorum nrorum admittend et instituend, Curamque et regimen Animarum parochianorum eorundem ei vel eis quem vel quos nos et successores nri sic reperiemus idoneos, committendum ipsosque sic institutos in realem actualem et corporalem possessionem eorundem beneficiorum induci et investiri pro more Cantuar dioc faciend et mandand, salvo tamen semper nobis et successoribus nris, certo quodam feodo inde provenien prout iam notorie solui dignoscitur Ad visitand preterea tam in Capite quam in membris Ecclesiam nram Cathem et metropoliticam Xpi Cant ac Civitat et dioc Cant predict necnon quascumque alias ecclias Cathedrales ac Civitates et dioc nre Cant Provincie et alias quascumque ecclias et loca eccliastica quecunque tam exempta quam non exempta in et per easdem Civitates et dioc nras Cant ac provinciam nram Cant constitut Clerumque et populum in eisdem degen sive residen [illegible] atque curatos nra et successorum nrorum quoties et quando visitatio earundem ad nos de Jure prerogativa vel consuetudine dinoscitur pertinere (Salvis tamen semper nobis et successoribus nris, procurationibus inde in huiusmodi visitationibus debite et consuete) De statu eccliarum et locorum huiusmodi necnon vita moribus conversatione et qualitatibus personarum in eccliis et locis huiusmodi degen sive residen, modis omnibus quibus id melius et efficatius poteris inquirend et investigand, necnon omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que nosmetipsi aut successores nri in hac parte in persona propria facere aut exequi possemus vel deberemus Tibi prefato Johanni Cowell durante vita tua et successorum nrorum committimus ac plenam tenore presentium concedimus potestatem, Una cum facultate quascumque Electiones quorumcumque Episcoporum nre Cant Provincie iuxta iuris et statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam rite confirmand Teque Johannem Cowell vicarium in spiritualibus generalem et officialem principalem nri et successorum nrorum durante vita tua naturali cum Omni et omnimoda correctionis et aliorum et singulorum que ad officium predictum spectant seu spectare dinoscuntur potestate, omnibusque et singulis Jurisdictionibus feodis vadijs, proficuis, commoditatibus et emolumentis eidem officio de iure vel consuetudine spectantibus ac spectare et pertinere debentibus cum libera potestate substituendi et surrogandi quoties tibi (ut prefertur) opportunum videbitur ordinamus preficimus, constituimus, et deputamus, ac per presentes ordinamus preficimus, constituimus et deputamus Proviso quod si et quandocunque contigerit sedem Archiepalem Cant aliquo modo vacare, durante vita dicti Johannis Cowell per mortem nri Richardi nunc Archiepi Cant vel aliquorum successorum nrorum [illegible] extunc et totiens quotiens presens nra concessio officij predicti non aliqualiter se extendat ad exercitium eiusdem officij per prefatum Johannem Cowell, surrogatos, assignatos sive deputatos suos, durante huiusmodi vacatione sive vacationibus sedis Archiepalis predict. Ac quod exercitium officij predicti virtute sive colore presentis huius concessionis nre et omnia feoda, vadia et Jurisdictiones inde provenien per totum tempus huiusmodi vacationis sive vacationum et non ultra cessabunt. Et bene licebit Decano et Capitulo ecclie nostre Cathis et metropolitice Xpi Cant predict protempore existen et successoribus suis dare et concedere officium predict et exercitium eiusdem unacum vadijs et feodis ratione eiusdem officij provenien alicui alij persone sive aliquibus alijs personis durante huiusmodi vacatione sive huiusmodi vacationibus sedis Archiepalis predict aliquo in presenti scripto [illegible] seu contento non obstante. In Cuius rei testimonium Sigillum nrum Archiepale presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehithe undecimo die mensis ffebruarij Anno dni iuxta computationem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo, Regnique Illustrissimi et Serenissimi in xpo principis et dni nri dni Jacobi dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc vizt Anglie ffrancie et Hibernie Sexto, Et Scotie Quadragesimo Secundo, Nostreque Translationis Anno Quinto.

Et nos Decanus et Capitulum ecclie Cathis et metropolitice Christi Cantuarien predictum scriptum de donatione officij predicti per predictum Reverendissimum in Xpo patrem Richardum nunc Cantuarien Archiepiscopum prefato Johanni Cowell legum doctori pro termino vite naturalis eiusdem Johannis Cowell (ut asseritur) dat et concess, Que omnia et singula in eodem scripto indentato annexo contenta seu specificata prout superius scribuntur et recitantur quantum in nobis est auctoritate nrā ratificamus, approbamus et confirmamus per presentes In cuius rei testimonium nos prefati Decanus et Capitulum sigillum nostrum Commune presentibus apposuimus Dat in Domo nrā Capitulari tertio die Martij Anno Dni Millesimo sexcentesimo octavo. Annoque Regni Serenissimi Dni nri Jacobi Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc viz Anglie Francie et Hibernie sexto Et Scotie Quadragesimo secundo.

Die Sabbti undecimo viz die mensis Februarij Anno Dni iuxta computacionem eccl(es)ie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo in eccl(es)ia Cathedrali Sancti Pauli London loco Consist ibidem in presentia mei Johannis Weston notarij publici etc Constitutus personaliter venerabilis vir Dnus Johes Cowell legum Doctor sponte et voluntarie tactis per eum sacrosanctis scripturis Juramenta de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando recusando et respuendo omnimodo potestati forinsece etc iuxta formam et effectum Statuti Parliamenti huius regni Anglie in ea parte edit et provis. Ac de evitando Simoniacam pravitatem etc et etiam de fideliter exequendo et exercendo officium vicarij in spiritualibus generalis et officialis principalis Reverendissimi in Christo patris et Dni Dni Ricardi providentia divina Cantuariensis Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani tunc et ibidem iuxta Constitutiones Regia auctoritate in ea parte promulgatas prestitit Necnon articulis de quibus in Synodo Londonensi communi assensu Archiepiscoporum Epōrum et Cleri utriusque provincie Cantuariensis et Eboracensis consensum est Anno Dni iuxta computacionem ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo secundo Regia auctoritate etiam edit et stabilit subscripsit Deinde presentate dicto egregio viro Dno Johanni Cowell legum Doctori Lris patentibus sive Commissionalibus prefati Reverendissimi patris Cant Archiepiscopi etc pro executione officij vicarij in spiritualibus generalis et officialis principalis eiusdem Reverendissimi patris per eundem dicto Johanni Cowell facte et concess etc Idem egregius vir Dnus Johannes Cowell legum Doctor ob honorem reverentiamque eidem gratiarum actione et reverentia qua decuit debita acceptavit in se onus executionis dictarum Lrarum patentium sive Commissionalium et decrevit procedend fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem presentibus tunc et ibidem Johanne Amye Johanne Bentt et Hugone Barker legum Doctoribus Edwardo Willett Alexandro Pearle Simone Crosdale Dade et Georgio Gilbert Curie Cant de Arcubus London procuratoribus etc.

Omnibus Christifidelibus ad quos presentes he lre pervenerint testimoniales Ricardus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad exercend Jurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam infra Civitatem et dioc Bristoll virtute visitationis nre metropolitice infra dictam dioc nuper inchoat et exercit et adhuc quoad publicata et detecta in dicta visitacione pendend auctoritate sufficienti legitime fulcit salutem et fidem indubiam presentibus adhibere. Noveritis quod in dicta visitacione nrā metropolitica quedam Joanna Rogers parochie de Sturminster Marshall infra Com Dorset ac dioc Bristoll predict per gardianos sive economos et alios Juratos eiusdem parochie nobis sive Commissarijs nris in hac parte legitime notata detecta et presentata fuit inter alia de et super fama incontinentie cum quodam Johanne Browne eiusdem parochie et quod dictus Browne super confessione huius Criminis penitentiam publicam legitime desuper iniunct peregit, ac ulterius eadem Joanna Rogers fuit tunc etiam notata pro non receptione sacre eucharistie per spatium duorum annorum exinde ult preteritorum unde Commissarius nr in hac parte legitime constitutus dictam Joannam Rogers ad comparendum coram eo certis die hora et loco competen sibi in ea parte prefixis et elapsis certis aliis Capitulis sive intervallis morarum legitime subsalutis eius vitequ morum et processuum suorum reformationem concernend personaliter comparere legitime citari mandavit et fecit Eadem tamen Joanna Rogers se comparere neglexit et se contumaciter absentavit ac proinde Commissarius nr antedictus eandem Joannam Rogers legitime octavo die mensis Martij Anno Dni iuxta cursum ecclie Anglicane millesimo sexcentesimo quinto contumacem pronunciavit et in penam contumacie sue huiusmodi eam rite et legitime excommunicavit sententiamque excommunicationis contra eam tunc tulit et interposuit Cuius quidem excommunicationis sententiam Commissarius nr legitime antedictus contra dictam Joannam Rogers postea in facie ecclie sive parochie de Sturminster Marshall predict publicari et denunciari etiam rite et legitime iussit et mandavit, A qua quidem excommunicationis sententia dicta Joanna Rogers a nobis vel auctoritate nrā nullo modo adhuc relaxata vel absoluta fuit aliter est sed in illa

excommunicat

excommunicationis sue modo adhuc stat et contumaciter permansit et permanet In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium has literas testimoniales exinde fieri sigilloque auctoritatis quo utimur in hac parte sigillari fecimus Dat decimo septimo die mensis Junij Anno domini millesimo sexcentesimo sexto, 1606

Decimo septimo die mensis ffebruarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Scriptum fuit Regie maiestati pro corporis captione dicte Joanne Roger spinster per reverendissimum dominum Richardum Cant Archiepiscopum ex ratione visitationis sue metropolitice etc

Commissio ad admittend Robertum Terrell in procuratorem de Arcubus

Richardus providentia divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus dilecto nobis in Christo ac venerabili viro Danieli Dun militi legum doctori alme Curie nostre Cant de Arcubus London Officiali aut alij dicte Curie presidenti cuicumque Salutem et gratiam Literarum studia preclara in rebus gerendis aliaque virtutum et probitatis dona quibus dilectus nobis in Christo Robertus Terrell notarius publicus ac in Artibus baccalaureus insignitur nos merito inducunt ut personam illius favore benevolo prosequamur Ad dispensandum igitur cum eodem Roberto Terrell ut in numerum procuratorum dicte Curie nostre pertinentium recipi et admitti ac eadem procuratoris officium publice exercere valeat Ipsumque prenominatum dicte Curie admittend et in numero procuratorum generalium in eadem Curia exercen aggregand Ac nihilominus ut locum Clerici sive scribe in officio Registrariatus Curie nostre de Arcubus predict quem hactenus tenuit et exercuit imposterum tenere et exercere possit et valeat Tibi vices nostras committimus ac plenam in dei tenore presentium concedimus facultatem Statutis vel ordinationibus eiusdem Curie nostre in contrarium factis non obstantibus quibuscumque In cuius rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat decimo tertio die mensis ffebruarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Et nostre Translationis Anno quinto

ffoilde Anthonij absolutio

Richardus providentia divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et metropolitanus universis et singulis rectoribus vicarijs Capellanis et Curatis ac Clericis quibuscumque per provinciam nostram Cant ubilibet constitut Salutem Cum nos in quadam causa correctionis contra quendam Anthonium ffoilde nuper rectorem de Chillinden nostre Cant dioc rite et legitime proceden eundem Anthonium ffoilde a sua excommunicationis propter suam manifestam obstinatiam et contemptum in non conformando semetipsum ritibus et Ceremonijs ecclesie Anglicane et forme celebrationis divinorum ac administrationi sacramentorum in libro Communium precum regia auctoritate stabilito descript iuxta Canonem in ea parte edit ipso facto incidit et in qua innodatus extitit ex certis causis nos in hac parte moven ad humilem petitionem dicti ffoilde usque ad et in festum sancti Michaelis Archangeli iam proxime futurum absolvimus iustitia mediante vobis igitur communiter et divisim committimus et firmiter iniungendo mandamus quatenus eundem Anthonium ffoilde sic (ut prefertur) auctoritate nostra a dicta excommunicationis sua absolutum fuisse et esse in ecclesijs vestris parochialibus diebus dominicis et festivis post receptionem presentium immediate sequen inter divinorum solemnia dum maior ibidem ad divina audiendum adfuerit populi multitudo palam et publice denuntietis et declaretis seu sic denuntiari et declarari faciatis cum effectu Et quid [illegible] Dat vicesimo die mensis ffebruarij Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Et nostre Translationis Anno quinto

Commissio Garretto Williamson facta ad visitand [illegible] infra decanatus [illegible]

Johannes Cowell legum doctor officio vicariatus in spiritualibus generalis et officialitate principalis Sedis Archiepiscopalis Cant auctoritate quarumdam literarum patentium Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cant Archiepiscopi totius Anglie Primatis et metropolitani durante vita mea naturali fact et concess legitime fungens dilecto nobis in Christo Garretto Williamson sacre theologie professori Salutem in auctore salutis De tuis sana doctrina conscientie puritate circumspectione industria et prudentia in rebus gerendis dexteritate plurimum freti Ad visitandum igitur Ecclesias et Capellas omnes et singulas Decanatuum de Westmallinge, Darham, et [illegible] ecclesie Christi et metropolitice ecclesie Cant iurisdictionis immediate, Clerumque et populum eorundem communiter et singulis temporibus quibus visitationes dictorum decanatuum seu eorum alicuius [illegible]

ordinarie

ordinaria exerceri consueverit vel earum aliqua contigerit, Et procurationes debitas et consuetas in
visitationibus ordinariis percipiendum Necnon ad inquirendum seu inquiri faciendum, de et super quorum-
cunque subditorum decanatuum predictorum criminibus, excessibus et delictis quibuscunque hactenus
commissis seu imposterum committendis quorum cognitio, correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum
de Jure vel consuetudine aut huius Regni Anglie statuto pertinent et spectare possit, et ea debite corrigendum
puniendum et reformandum Et etiam ad cognoscendum, procedendum, statuendum et diffiniendum in omnibus
Causis et negotiis ecclesiasticis quibuscunque in dictorum decanatuum seu eorum alterius Jurisdictione (exceptis
primariarum continuationibus absque expresso consensu dicti Reverendissimi patris Cant Archiepiscopi nullo
modo faciendis) tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantias
sive promotiones hactenus mote, inchoate et intentate aut imposterum movendis et intentandis
easque et ea omnia suis incidentibus emergentibus, dependentibus, annexis et connexis quibuscunque audiendum
discutiendum et fine debito terminandum quatenus iura et statuta huius Regni Anglie permittunt
et non aliter neque alio modo) testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque infra
dict decanat aut eorum aliquem ab hac luce (divino iubente) migrantium sive decedentium
insinuandum et approbandum Administrationesque bonorum quorumcunque testantium huiusmodi sive
ab intestat vel per viam intestat decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis
aut illi vel illis cui seu quibus de Jure vel consuetudine committi debeant, committendum Ac com-
putum Calculum sive ratiocinium executorum et administratorum huiusmodi recipiendum, audiendum
examinandum et admittendum Et computantes huiusmodi ab omni ulteriori computo sive ratiocinio
in hac parte reddendum prout iuris fuerit et equitatis absolvendum et finaliter dimittendum. Alium
insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte edit qualificatos in premissis et eorum quolibet
loco tuo substituendum omnes et eos quoties et quando tibi videbitur expediens, revocandum
necnon omnia et singula ad officium decani sive Commissarii decanatuum predict et exercitium
Jurisdictionis ecclesiastice eorundem decanatuum spectand et pertinen que in premissis aut circa
ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna faciendum exercendum et expediendum (Observatis tamen
in omnibus Constitutionibus regia auctoritate in ult Convocatione magno Sigillo Anglie
confirmat quatenus exempt Jurisdictiones etiam in aliquo tangunt) Tibi vices nostras committimus ac
Cuiuslibet Coercionis canonice exequendum que in hac parte requiritur potestate Teque Com-
missarium decanatuum predict durante vita naturali tui prefati Johannis Cowell una
omnibus et singulis feodis vadiis proficuis commoditatibus et emolumentis eidem officio ab antiquo
spectan et spectare et pertinere deben ac incorporabiliter (exceptis inferius exceptis) prefici-
mus constituimus et deputamus per presentes Et quoniam unum est pro officii nostri debito vigi-
lanter prospicere, ut boni fideles digni et idonei operarii in vineam dei mittantur Collatio-
nes quorumcunque beneficiorum dictorum decanatuum seu eorum alterius, dandi et dati
necnon personalem approbationem admissionem institutionem et inductionem quorumcunque Clericorum
ad quecunque beneficia ecclesiastica dictorum decanatuum seu eorum alterius presentatorum aut
imposterum presentandorum nobis specialiter reservamus (presentibus literis nostris Commissionalibus
et aliquo in eisdem content in contrarium faciend non obstan quibuscunque Assumpto tibi
et substitut tuis huiusmodi dilecto nobis in Christo Johanne Weston notario publico
officium Registrariatus principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuariensis predict exercen
seu eius in hac parte deputat vel deputand in Registrarium et actorum vestrorum in ea
parte scribam durante hac nostra Commissione. In cuius rei testimonium Sigillum quo
in hac parte utimur presentibus apponi fecimus Dat London vicesimo die mensis Februarii
Anno domini iuxta computationem ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo.

Dispensatio ad recipiendum ordinem diaconatus concessa domino Smyth Bapte

Richardus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas
et Metropolitanus dilecto nobis in Christo Henrico Smyth Collegii sancti Johannis
Evangeliste in universitate Oxon in Artibus Baccalaureo Salutem et gratiam
ut a quocunque Episcopo Catholico officii sui executionem obtinen et exercen in quacunque ecclesia
ubi Episcopus huiusmodi moram traxerit per provinciam nostram Cant ubilibet constitut aliquo die
festo seu non festo etiam si extra tempora a Jure Canonibus et Constitutionibus ecclesiasticis
statuta id fieri contigerit ad sacrum diaconatus ordinem iuxta morem et ritum ecclesie
Anglicane nuper pie et salubriter edit et ordinat licite valeas promoveri Dummodo
etate moribus et literatura idoneus repertus fueris super quibus ordinantis conscientiam
deoneramus, ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum Liberam

facultatem nostras tam curiam Catholico Epo huius ordinum conferendi, quam tibi eundem suscipiend. tenore concedimus et impertimur per presentes (contrariis Canonibus in hac parte non obstantibus quibuscumque). In cuius rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat decimo septimo die mensis Martij Anno dni iuxta computacionem Ecclesie Anglicane millesimo sexcentesimo octavo Et nre Transl Anno quinto

Lra instruend Bradley

Cum tam de iure quam de consuetudine ecclie Metropolitice Xpi Cant, Archiepiscopi Cantuarienses eorum successive temporibus existentes, in primo ingressu in dictum Archiepiscopatum, Suffraganeos suos Episcopos sue Provincie Cant metropolitice visitare consueverint: Cumque Reverendissimus in Xpo pr Dominus Richardus dia providen Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus modernus, nonnullos Suffraganeos suos Episcopos ecclias et Dioceses infra eandem suam Cant Provinciam Iure metropolitico (annuente Dno) visitare propediem proposuerit; eaque ratione Reverendo confri suo Dno Anthonio Meneven Episcopo ac Officiarijs et ministris suis inhiberi mandaverit et fecerit, ut pendente visitacione metropolitica predict Jurisdictionem aliquam ecclicam aut quicquam aliud in preiudicium visitacionis sue metropolitice huiusmodi quovismodo attemptent seu attemptari faciant sub pena contemptus prout ex tenore dictarum literarum inhibitoriarum plenius liquet et apparet: Prefatus tamen Rmus Archiepus ex certis causis eum specialr in ea parte moventibus, modo et forma infrascriptis et non aliter neque alio modo, dictas lras inhibitorias relaxandas fore duxit, Licentiamque et potestatem, quantum in eo est et iura Regni patiuntur, concessit prefato Reverendo in Xpo pri Dno Anthonio Meneven Epo et mro Simoni Smyth legum doctori vicario in spualibus generali dci Reverendi pris conj et divisim una cum duobus vel tribus alijs discretis viris, verbi Dei ministris ad voluntatem eiusdem Reverendi pris eligend et sibi associand iuxta Constitutiones ultima Convocatione, regia authoritate stabilit, ad evocand, inquirend et iuxta Juris exigentiam libere et licite procedend contra quoscumque Clericos et ecclie ministros in sacris ordinibus constitutos infra Civitatem et Dioces Meneven degentes, quoad reformationem eorum excessuum in non conformand semetipsos ritibus et ceremonijs ecclie Anglicane, et forme celebrationis divinorum, ac administrationi sacramentorum in libro communium precum aucte regia stabilito, descriptis, et observationi eiusdem libri, etiam usque ad a beneficijs eorundem inclusive deprivationem, iuxta Juris formam et Canonum in ea parte editi exigentiam (si sic causa atrocitas ita requisierit) Ac etiam contra quoscumque dict Dioc subditos qui ecclias suas parochiales ad divina audienda frequentare, et in eadem ecclia Eucharistiam recipere recusant &c seu denegant iuxta Jura et statuta in ea parte edit et promiss Inhibitionibus pro visitacione metropolitica aucte eiusdem Rmi pris infra easdem Civitatem et Dioc Meneven exercenda alias emanat et exeunt et visitacione metropolitica eiusdem Rmi pris penden, in Contrarium facien non obstan quibuscumque

Actus ad procedend contra quoscumque Clericos non conformantes semetipsos ritibus ecclie &c et contra Recusantes &c non obstan Inhibicoes et non aliter neque alio modo, quas quoad premissa tantum ad omnem Juris effectum relaxavit in hijs scriptis.

Comissio ad visitand Dioc' Meneven.

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus etc ad quem etc / **Venerabili** confratri
nostro dno Anthonio eadem providentia Meneven Episcopo, necnon Venerabilibus viris Edwardo Stanhope
Militi legum doctori Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali, Simoni Smyth legum doctori vicario
in spualibus generali et Officiali principali dicti Confris nostri, Lodovico Williams sacre theologie Baccho et
Rectori de Narberth, Roberto Roberts sacre theologie Baccho Rectori de Lambedownesye, Thome Lloyd
artium magro Thesaurario ecclie Cathlis Meneven, Lodovico Baylie presbro artium magro, Henrico Fisher
artium magro Vicario de Kidwelye, Davidi Griffith artium magro de Mauricio Vaughan
artium magro de et Richardo Turbervile artium magro de , Salutem et gram.

Suscepti Cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando, nostri Officij debitum
quantum cum Deo possumus, cimplere nitamur. Hinc est quod nos Ecclesiam Cathem, ac Civitatem et Dioc
Meneven nre Cant Provincie tam in capite quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degen sive residen
authoritate nra metropolitica propediem (annuente Domino) visitare, et defectus inibi repertos correctione et reforma-
tione necessarie indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus,
Verum quoniam nos impresentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus impliciti et remorati
prout etiam ut verisimili erimus in futur, quod dictum nrum pium propositum in persona nra propria, exequi
non possumus, uti velimus, si hisce impedimentis non remoraremur: **Vobis** igitur et cuilibet vrm con-
iunctim et divisim de quorum conscientie puritate, circumspectionis industria et in rebus fideliter gerendis
dexteritate in hijs et alijs vobis creditis negotijs plurimum confidimus hanc Provinciam duximus
committendam: **Ad** visitandum igitur tam in Capite quam in membris Ecclesiam Cathem ac Civitatem
et Dioc Meneven predict, necnon quascunque alias Collegiatas, parochiales et prebendales ecclias
et loca alia ecclica quecunque tam exempta quam non exempta in et per Civitatem et Dioc Meneven
ubilibet constitut, Clerumque et populum in eisdem degen sive residen, deque statu ecclesiarum et locorum
quibus presunt, necnon vita, moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclijs et
locis hmoi degen sive ministran, modis omnibus quibus id melius et efficatius de iure poteritis et
inquirend et investigand, Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam Clericos quam laicos condignis
penis etiam usque ad beneficiorum dignitatum sive officiorum suorum privationem (si facti atrocitas ita
poposcerit) iuxta formam Constitutionum ultima Convocatione edit et Regia authoritate confirmat,
fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum et locorum (quibus presunt) sequestracoem vel quamcunque
aliam congruam et competen correctionem inclusive puniend et corrigend (multa pecuniaria et penitentiarum
commutatione exceptis, quas iuxta Constitutiones Anno Domini 1597. editas et non aliter neque alio modo fieri
volumus et mandamus) atque ad probatiores vivendi mores modis omnibus quibus id melius et efficatius
de Jure poteritis reducendum. Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque defunctorum infra
Civitatem et Dioc Meneven predict ac peculiares Jurisdictiones in eisdem decedent probandi, approband
et insinuand, Administrationesque bonorum eorundem defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam ex
intestat etiam decedent Executoribus in hmoi testamentis nominatis et alijs quibus de Jure aut hmoi Regni
Anglie legibus et statutis committi debeant in debita Juris forma expediend concedend et committend
Computa quoque executorum et administratorum hmoi recipiend, audiend, examinand et admittend ac
Computantes hmoi ab omni ulteriori Computo Calculo sive ratiocinio in hac parte reddendo (prout
iuris fuerit et equitatis) acquietand, relaxand et finaliter dimittend, Causasque instanciarum quascunque
examinand et finaliter determinand, Contumaces autem et rebelles cuiuscunque conditionis sive status
fuerint (si quos inveneritis) per Censuras ecclesiasticas compescend, ecclias autem et alia loca dimissa et
vacare et pro vacan haberi fore decernend et declarand, Necnon Clericorum et beneficiatorum quorum-
cunque, tam pro ordinibus quam beneficijs per eos adeptis, Literas et instrumenta ac munimenta quecunque
exigend et recipiend, easque et ea diligenter examinand et discutiend et quos non sufficienter munitos
in ea parte compereritis ab Officijs et beneficijs hmoi dimittend et sic pro non munitis pronuntiand et
et declarand, Synodosque et Capitula tam generalia quam spialia Cleri et populi hmoi, pro executione
premissorum, aut reformatione quarumcunque habenda, faciend et convocand: Procurationesque et Synodalia
quecunque nobis ratione visitationis nre metropolitice hmoi debit petend, requirend, exigend levand et
recipiend, Ac procurationes hmoi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas
cogend coercend et compellend. Ad inhibend preterea vice et auctē nris omnibus et singulis Decano et
Capitulis, Archinis, Cancellarijs, Officialibus Comissarijs, Registrarijs, actorum scribis, ceterisque
quibuscunque, quocunque nomine aut cognomine censeantur aut reputentur, ne ipsi aut eorum aliquis Jurisd
aliquam spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitatem et Dioceses Meneven predict quoquo
modo

modo exercere, aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitationis nre metropolitice hmoi quomodolibet attentare presumant seu eorum aliquis presumat, faciantve aut faciat sub pena contemptus, Ac vsurpata et attentata in contrarium per ltima iuris remedia revocand, contra vsurpatores vero attentatores et transgressores hmoi procedendum, ac eos per censuras ecclesiasticas quascumque canonice puniend et compescend. Et si contigerit dictum mrum Simonem Smyth aduersa valetudine, vel alias ltime impediri, Ita vt executioni huiusmodi nre Commissionis, iuxta tenorem eiusdem commode intendere non possit, quod tunc licebit dco mro Simoni Smyth alium virum idoneum et discretum, iuxta Constitutiones in vltima convocatione Anno Domini 1604 aucte regia edit et promulgat, qualificatum, in premissis et eorum quolibet loco suo substituere ac ei vices nras circa premissa committere eumque (prout opus fuerit ac sibi videbitur expedire) revocare. Et generaliter omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, **Vobis** et cuilibet vrum conjunctim et divisim vices nras committimus, ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem. / **Assumpto** vobis et cuilibet vrum conjunctim et divisim, ac Substitut dicti mri Smyth, in casu predicto, Dilecto nobis in xpo Johanne Coston notario publico Officium Registrariatus nri principalis exercente, vel eius Deputat seu deputand in Registrarium et actorum vrorum scribam, Necnon Johanne Gilpyn generoso Apparitore nro generali vel eius Deputat in Apparitorem et Mandatarium vrum in hac parte durante Visitatione nra metropolitica hmoi. / **Et** quoniam nrum est pro officij nri pastoralis debito vigilanter prospicere vt boni, fideles, digni et idonei operarij in Vineam Domini mittantur, personalem examinationem, approbationem, admissionem, institutionem et inductionem quorumcumque clericorum ad quecumque beneficia ecclesiastica dicte Civitatis et Dioc Meneven durante visitatione nra metropolitica hmoi presentator aut imposterum presentandorum, nobis et vicario nro in spualibus generali et Officiali principali reservamus, (presentibus lris nris Comissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium facien non obstan quibuscumque) Mandantes quod Articulos presentibus annex quoad Ecclesiam Cathem Meneven et Ministros eiusdem tantum, et alios articulos aucte nra promulgand et ministrand in et per totam Civitatem et Dioc Meneven ac peculiar Jurisdictiones in eisdem, in hac nra visitatione metropolitica debite executioni demandari, et ab hiis quos concernunt inviolabiliter observari, ac de illis et illorum singulis iuxta iuris exigen diligenter inquiri faciatis. **Mandantes** preterea qd dicta visitatione nra metropolitica finita de omni eo quod per vos aut vrum aliquem in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit, per lras vras patentes sub forma authentica conceptas nos aut vicarium nrum in spualibus generalem et Officialem principalem certiores facere curetis. De omnibus vero feodis comoditatibus proficuis et emolumentis ratione visitationis nre metropolitice hmoi durante visitatione predict provenientibus ac ratione decretorum in eadem, verum, plenum et fidelem Computum vicario nro in spualibus generali iuste reddatis. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Lambehith vicesimo quinto die mensis Maij Anno Domini 1605. Et nre Trans Anno primo.

Vicesimo die mensis Aprilis Anno Domini 1605. Emanat Comissio mro Simoni Smyth legum doctori ad exercend Jurisdicnem ecclesiam infra Dioc Meneven penden visitatione metropolitica ibm mutatis mutandis vt in visitatione Dioc Bath et Wellen. / — Comissio ad exercend Jurisdicnem ex penden visitatione

Emanarunt lre missive Reverendo pri Dno Anthonio Meneven Episcopo, mutatis mutandis vt in Visitatione Dioc Bathon et Wellen. / — Lre missive

Emanarunt etiam lre missive mro Simoni Smyth legum doctori (mutatis mutandis) vt in visitatione Dioc Bathon et Wellen. — Lre missive

Decimo octavo die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinto, Coram venerabili et egregio viro Edwardo Stanhope Milite legum doctore vicario in spualibus generali et Officiali principali Reverendissimi prins dni Richardi Archiepi Cant ex ad quem ex ad Epum Meneven ex ratione visitationis sue metropolitice infra Dioc Meneven predict modo penden, notorie dignoscitur pertinere, In eius Camera infra Hospitium Advocatorum de Arcubus London ex in presentia mei Johannis Drake notarij publici ex Constitutus personaliter Ludovicus Baylie presbiter in artibus magr ad Rectoriam ecclesie parochialis de Llandy dict Meneven dioces Centy, Promotie ltime presentatus, Articulis de quibus in Synodo London ex consensum est Anno Domini iuxta ex 1562do necnon tribus Articulis descriptis in Tricesimo sexto — Llandy Rectorie Institutio.

Capitulo Canonum Anno Domini Millimo sexcentesimo quarto edit, ad tollend opinionum varietatem &c manu sua propria respective subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclias ticis et temporalibus, ac de renunciando omnimode forance Jurisdictioni &c iuxta formam statuti &c ac de ltima et canonica obedientia prefato Reverendissimo pri et successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existen &c quam quod nulla simoniaca Conventione seu pravitate interveniente &c se presentari procuravit &c iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus Dus Edwardus Episcopus admisit dictum Ludovicum Bayly ad Rectoriam eclie parochis de Landy predict, per mortem naturalem ultimi Rectoris et Incumbentis ibm (vt dicitur) vacan, ad quam per Serenissimum in xpo principem et Dnm nrm Dnm Jacobum Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et hibernie Regem fidei Defensorem ipsius Rectorie verum et indubitatum (vt etiam dicitur) patronum presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus, membris et pertinen universis, Juribus Archiepalibus Cant; et epalibus Meneven, necnon eclie Cathlis et Metropolitice xpi Cant, et eclie Cathlis Meneven dignitatibus &c salvis. Et acceptata per eum Cura animarum &c Scriptum fuit univsis et singulis Rectoribus vicariis &c ratione penden visitacois &c ad inducend eundem Ludovicum Bayly &c.

Ratificatio Institucionis Hen: Loyd ad vic de Llandewy.

Richardus

providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in xpo Henrico Loid presbitero in artibus Bacchalaureo, Salutem et graciam. Cum per documenta ltima coram nobis producta et exhibita te per venerabilem Confratrem nrm dnm Anthonium Meneven Epum modernum ad et in vicariam perpetuam sive portionem Curati ecclesie parochialis de Llandewy Velfrey dict Meneven Dioc nreque Cant Provincie nuper et vacantem cum suis Juribus et pertinen universis pendente visitacoe nra metropolitica infra eandem Dioc institutum et inductum fuisse et esse comperimus evidenter. Ideirco nos easdem Institucoem et inductionem ad et in eandem vicariam perpetuam sive portionem Curati eclie parochialis de Llandewy Velfrey predict sic (vt prefertur) per eundem venerabilem Confratrem et Suffraganeum nrum Meneven Epum and eum tibi debito favore fcas, quatenus ad nos attinet, authoritate nra metropolitica ratificamus, approbamus, authorizamus et ex certa scientia nra confirmamus per presentes. Nolentes quod super premissis de cetero inquieteris, perturberis, molesteris seu in aliquo graveris. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat decimo tertio die mensis Novembris Anno Domini Millimo sexcentesimo quinto, Et nre Transl Anno primo.

Relaxatio Jurisdnis Dni Episcopi

Decimo nono die

die mensis Octobris Anno Domini Millimo sexcentesimo quinto, Emanavit relaxatio Jurisdictionis Dni Epi Meneven mutatis mutandis vt in visitacoe Dioc Bathon et Wellen.

Wigorn:

Visitatio

Metropolitica Diocesis Wigorn Anno Domini Millimo sexcentesimo quinto. &c

Inhibicoes { Dno Epo Wigorn Decano et Capitlo Archimo Wigorn

Nono die

mensis Martij Anno Domini iuxta Computacoem eclie Anglicane Millimo sexcentesimo quarto, Emanarunt Inhibitiones respective, Dno Gervasio Wigorn Episcopo, Decano et Capitulo eclie Cathlis Wigorn, et Archimo Wigorn mutatis mutandis vt in visitacoe Dioc Bathon et Wellen. &c

Comissio ad exercend Jurisdnem ecclicam penden visitacoe &c

Vicesimo nono die

mensis Martij Anno Domini Millimo sexcentesimo quinto, Emanavit Comissio mro Willmo Wood legum doctori ad exercend Jurisdictionem ecclicam infra Diocesis Wigorn pendente visitacoe metropolitica &c mutatis mutandis vt in visitacoe Dioc Bathon et Wellen precedente.

Actus ad procedend con ministros non observan Ceremonias eclie et recusantes.

Die sabbi

Tricesimo viz die mensis Martij Anno Dni 1605 Coram Rmo in xpo pre et Dno, Dno Richardo provuden dia Cant Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano in museo eiusdem Rmi pris infra Manerium suum de Lambeth, in presentia mei Johis Cston nor pub &c

Quibus die et loco prefatus Reverendissimus in xpo pr, ex certis causis eum (vt asseruit) specialiter moven, Licentiam et facultatem concessit Reverendo in xpo pri Dno Gervasio Wigorn Epo et mro

Willmo Wood legum doctori vicario in spualibus generali dicti Reverendi pris cen et dd una cum duobus
vel tribus alijs discretis viris verbi Dei ministris ad voluntatem eiusdem Reverendi pris eligend et
sibi associand iuxta Constitutiones ultima Convocatione, auctte regia stabilitas ad evocand,
inquirendum et iuxta Juris exigentiam procedendum contra quoscumque Clericos et eccle ministros
in sacris ordinibus constitutos infra Civitatem et Dioces Wigorn degentes, quoad reformacoem
eorum excessuum in non conformando semetipsos ritibus et ceremonijs eccle Anglicane et forme
celebrationis divinorum ac administrationi sacramentorum in libro communium precum auctte regia
stabilit descriptis, et observacoi eiusdem libri, etiam usque ad a beneficijs eorundem privacoem si facti
atrocitas ita poposcerit, ac etiam contra eos (uti vocant) recusantes iuxta tenorem lrarum nrarum
vobis alias directarum, Inhibicoibus pro visitacoe metropolitica auctte eiusdem Rmi pris infra easdem
Civitatem et dioces Wigorn exercenda alias emanatis et debite executis in contrarium facien
non obstan quibuscumque, et non aliter neque alio modo &c

Die Jovis decimo octavo vizt die mensis Aprilis Anno Domini 1605. coram venerabili
et egregio viro dno Edwardo Stanhope Milite legum doctore vicario in spualibus generali
et Officiali principali Reverendissimi in xpo pris domini Richardi Cant Archiepiscopi
totius Anglie Primatis et Metropolitani, in eius Camera infra Hospitium Advocatorum de Arcubus London &c in pntia mei Georgij fforman notarij publici &c

Quo die venerabilis vir Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis et Offilis
principalis antedictus postquam fuerat auribus predicti Reverendissimi in xpo pris intimatum, et communi,
incerto tamen rumore, ad prefatum dnm Edwardum Stanhope perlatum, quod venerabilis vir &c
Willmus Wood legum doctor, quem ex consensu dicti Rmi, ad exercendum omnem et omnimodam Jurisdiccom
ecclicam tam ex officio mero mixto vel promoto vel ad partis instantiam &c Comissarium suum infra dioc
Wigorn durante visitacoe metropolitica dci Reverendissimi patris, prout ex tenore illius Comissionis
gerend datum xxiiijo die mensis Martij ultimo preterit latius patet, prefecit et constituit, mortem
obierit, nec tamen de illius morte quicquam certi constat: Cumque necessitas incumbit, ut infra Dioc
predictam in loco Cons ibm Curia teneatur die Martis prox sequen, ne dict Dioces Wigorn Subditorum
subditorum cause in illum diem prorogate discontinuentur et pereant in eorum preiudicium non modicum
et detrimentum publicum Curie Cons ibidem et Jurisdictionis eiusdem: Idem venerabilis vir Dnus
Edwardus Stanhope summopere affectans, et provide prospiciens ne quid, ex illo casu, Curia Consistorialis predict et cause subditorum litigan ibm penden indecis, quid capiant detrimenti, venerabilem
virum Richardum Trevor legum doctorem alme Curie Cant de Arcubus London Advocatorem
unum (consensu dci Rmi pris prius habito et obtento) cum auctte et potestate substituendi
unum vel plures quoties sibi opus fuerit) casu quo dnus venerabilis vir Willm Wood
mortem obierit, et non aliter, ad exercendum omnem et omnimodam Jurisdictionem ecclicam
infra dict Dioc Wigorn tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad partium instantias &c
penden visitacoe metropolitica infra Dioc Wigorn predict, prefecit, constituit et ordinavit in
tam amplis modo et forma prout prefatus mr Willmus Wood vigore Comissionis sue alias sibi
facte et concesse facere posset et valeat, et non aliter neque alio modo ad bene placitum duratur &c

Actus Substitucionis
fact D. Trevor ad
procedendum in casu
penden Vis &c.

Die Martis decimo quarto vizt die mensis Maij Anno Domini 1605. Coram
venerabili viro Dno Edwardo Stanhope Milite legum doctore vicario in spualibus
generali et Officiali principali Reverendissimi in xpo pris dni Richardi Cantuar
Archiepi &c in eius Camera infra Hospitium Advocatorum de Arcubus London &c
in pntia mei Johannis Drake notarij publici &c

Quibus die et loco venerabilis vir Dns Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis
et Officialis principalis antedictus, iuxta mandatum predci Reverendissimi patris ei in scriptis
significatum, expresse revocavit Constitucoem decimo octavo die mensis Aprilis ult pterit
fact venerabili viro Richo Trevor legum doctori ad exercendum Jurisdictionem ecclicam infra Civitem
et Dioc Wigorn, penden visitacoe metropolitica eiusdem Rmi pris infra eandem Dioces, proque
nulla et invalida ad omnes Juris effectus pronunciavit et declaravit &c

Revocatio substitucois
predict.

Decimo quarto die mensis Maij Anno Domini 1605 Emanavit Comissio magro
Johanni Amye legum doctori ad exercendum Jurisdiccoem ecclicam infra Civitatem et Dioces Wigorn, penden
visitacoe metropolitica &c mutatis mutandis, ut in Comissione pro dioc Bathon et Wellen &c

Comissio ad exercend
Jurisdiccom ecclicam penden
visitacoe fact D. Amye

Comberton parve
Rectorie Institutio

Viccesimo octauo die mensis Martij Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinto,
Coram venerabili et egregio viro dno Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario in spualibus generali
er Reverendissimi in xpo patris dni Richardi Cantuarien Archiepi er ad quem omnis et omoda Jurisdictio er
ad Epum Wigorn spectan er ratione visitationis sue Metropoliticæ infra eandem Dioc modo
pendent notorie dignoscitur pertinere, in eius Camera infra Hospitium aduocatorum de Arcubus
London er in pntia mei Johannis Drake notarij publici er Constitutus personaliter Theophilus
Higgons presbiter artium magr ad Rectoriam eclie parochialis de Comberton parua Wigorn
Dioc predict Cantuar Provincie ltime presentatus, Articulis de quibus in Synodo London er consensum
est anno Domini iuxta er 1562do necnon tribus Articulis in Canonibus et Constitutionibus eccliasticis
Anno Dni 1604 regia auctte edit, et in xxxvjto Canone eorundem descripts, ad tollend opinionum
varietatem er respective subscripsit, Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscend
regiam supremam potestatem in causis eccliasticis et temporalibus, ac de renunciando omni forinsec
Jurisdictioni er iuxta formam statuti er necnon de ltima et canonica obia prenominato Rmo pri Dno
Archiepo Cant et successoribus suis, et loci Ordinario pro tempore existen er quam pt nulla
simoniaca conventione seu pravitate interveniente er se ad dictam Rectoriam presentari procuravit er
iuxta Canonem in ea parte editum er Prefatus Dns Edwardus Stanhope admisit dictum
Theophilum Higgons ad eandem Rectoriam de Comberton parva de Jure (vt dicitur) vacanten
ad quam per Serenissimum in xpo principem et dnm nrum dnm Jacobum Dei gra Anglie, Scotie
Ffrancie et Hibernie Regem fidei Defensor er ipsius Rectorie verum et indubitatum (vt etiam
dicitur) patronum presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit
canonice et investivit cum suis Juribus et pertinen vniversis, Juribus Archiepalibus Cant
et Epalibus Wigorn, necnon eclie Cathlis et Metropoliticæ xpi Cant et eclie Cathlis Wigorn
dignitatibus er saluis. Et acceptata per eum Cura animarum er Scriptum fuit vniversis et
singulis Rectoribus vicarijs er ratione pendentie visitationis metropoliticæ predict er ad inducend
eundem Theophilum Higgons er.

Naunton eclie
Institutio

Decimo octauo die mensis Aprilis Anno Domini 1605 Coram venerabili et egregio
viro Edwardo Stanhope milite legum doctore vicario in spualibus generali er Rmi in xpo pris domini
Richardi Cant Archiepi er ad quem omnis Jurisdictio er ad Epum Wigorn spectan er ratione
visitationis metropoliticæ eiusdem Rmi in xpo pris infra eandem Dioc er dinoscitur pertinere, in eius
Camera infra Hospitium Aduocatorum de Arcubus London er in pntia mei Johannis Drake
notarij publici er Constitutus personaliter Johannes Yeardley presbiter artium magr ad Ecliam
parochem de Naunton in Comitatu et Dioc Wigorn Cantuar Provincie ltime presentatus, Arlis
de quibus in Synodo London er consensum est Anno Domini iuxta er 1562do necnon tribus Articulis
descriptis in tricesimo sexto Capitulo Canonum et Constitutionum eccliasticorum Anno Domini
1604 regia auctte edit et promulgat ad tollend opinionum varietatem er manu sua propria respec
tive subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem
in causis eccliasticis et temporalibus ac de renunciando omnimode forinsec Jurisdictioni er iuxta formam
statuti necnon de ltima et canonica obia prefato dno Archiepo Cant et successoribus suis ac loci
Ordinario pro tempore existen er quam pt nulla simoniaca conventione er se presentari procuravit er
iuxta formam Canonis in ea parte edit er Prefatus Dns Edwardus Stanhope admisit dictum
Johannem Yeardley ad eandem ecliam parochem de Naunton per liberam et spontaneam resignat
Rogeri Rabenscroft clici artium magri vltimi Rectoris et Incumbentis ibm (vt dicitur) vacanten
Ad quam per Serenissimum in xpo principem et dnm nrum, dnm Jacobum Dei gra Anglie,
Scotie, Ffrancie et Hibernie Regem fidei Defensor er ipsius eclie parochialis verum et indubi
tatum (vt etiam dicitur) patronum presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de
eadem instituit er cum suis Juribus et pertinen vniversis, Juribus Archiepalibus Cant, et
Epalibus Wigorn, necnon eclie Cathlis et metropoliticæ xpi Cant et eclie Cathlis Wigorn
dignitatibus er saluis. Et acceptata per eum Cura animarum er Scriptum fuit vniversis et
singulis Rectoribus vicarijs er ratione penden visitationis metropoliticæ infra Dioc predict, ad
inducend eundem Johannem Yeardley er

Die Jouis decimo sexto viz. die mensis Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo
quinto, Coram venerabili viro domino Edwardo Stanhope Milite legum doctore
Vicario in spualibus generali et Officiali principali Reverendissimi in xpo patris
Domini Richardi Cantuarien Archiepi er ad quem omnis Jurisdictio er ad Epum

Wigorn spectan et pertinen, ratione Visitationis metropolitice eiusdem Reverendissimi pris infra Dioces Wigorn modo pendentis notorie dignoscitur pertinere, in eius Camera infra hospitium Advocatorum de Arcubus London &c in pntia mei Johannis Drake notarij publici &c.

Negotium Confirmationis Juris et possessionis mri ffrancisci Smyth de Wawens Wotton in Com Warr Wigorn Dioces Cant Provincie Armigeri sedendi, mortuosque sepeliendi in Capella situata in superiore parte Insulae ex parte Australi ecclesie parochialis de Wawens Wotton predict

Actus confirmacionis Juris mri Smyth in Capella ex parte australi eccle parochie de Wawens Wotton Dioc Wigorn.

Quo die Theloall exhibuit procuratorium suum literatorie conceptum pro dicto magistro Smyth et fecit se partem pro eodem, et nomine procuratorio suo huiusmodi ad omnem Juris effectum exinde quovismodo sequi valentem allegavit ius sedendi et genua flectendi tempore divinorum ad divina audiend et mortua corpora sepeliend in Capella predicta ad solos Dominos proprietarios ac veros possessores cuiusdam Manerij in Wotton Wawen vocat Harivells Mannor in Wotton Wawen als vocat the Mannor of Lucies in Wotton Wawen predict infra dictam parochiam situat pro se, liberis et familiaribus suis solis a tempore immemorato cuius initij sive contrarij memoria hominum non existit, spectasse et pertinuisse, ac sic spectare et pertinere debere in pnti, dictosque Dominos et Proprietarios Manerij predict suosque liberos et familiares solos per totum tempus predictum in eadem Capella tempore divinorum in ecclesia predicta sedere et genua flectere, mortuosque suos ibm morientes sepelire solitos fuisse et esse, totumque Jus Dominorum et Proprietariorum Manerij predicti ad predictum ffranciscum Smyth descendisse et devolutum fuisse et esse, Et ulterius allegavit quod cum quidam Willmus Somervile Armiger modo Miles pretendens se Jus habere sedendi in uno sedili in Capella predicta litem eo nomine contra prefatum mrum Smyth nuper movit et intentavit, prefatus tamen ffranciscus Smyth tam per Sniam diffinitivam per Dnum Officialem Curie Cant de Arcubus London quam per aliam Sententiam per Delegatos regios in ea parte constitutos in causa predicta inter partes predictas respective latas, ab impetitione ipsius domini Willmi Somervile in ea parte absolutus fuit et existit, prout per easdem respective snias notorie constat et apparet, ad quas se refert pars ista proponens, quatenus sibi expedit et non aliter: Quare ne imposterum aliqua occasio ulterius controversie ac litis movende relinquatur, instanter petijt Jus et interesse predict eiusdem magri Smyth in Capella predicta modo predicto eidem magistro Smyth ac heredibus suis in Manerio predicto, authoritate prenominati Reverendissimi patris confirmari, approbari, ratificari et corroborari ac Jus et iustitiam &c. Unde prefatus Dnus Edwardus Stanhope vicarius in spualibus generalis antedictus considerans petitionem eiusdem Theloall in hac parte equitati et rationi consonam esse, petitionique ipsius annuens, Jus et interesse eiusdem ffrancisci Smyth modo predicto, quantum in eo fuit aut est, et quantum de Jure, legibus et Constitutionibus huius inclyti Regni Anglie potuit et non aliter neque alio modo, auctte predict Reverendissimi patris confirmavit et ratificavit Jus et interesse Dni magri ffrancisci Smyth in Capella predicta prout petitur, eidemque Instrumentum unum sive plura publicum vel publica ad effectum predictum sigillo officij sui munitum ad petitionem dicti Theloall tradi et deliberari decrevit. &.

Confirmacio Juris mri Smyth in Capella infra ecclesiam parochiem de Wawens Wotton Dioc Wigorn.

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclesiastica ad Epum Wigorn spectan et ptinen ratione Visitationis nre metropolitice infra eandem Dioces Wigorn modo penden notorie dignoscitur pertinere, Omnibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit, seu quos infrascripta quomodolibet tangunt vel tangere poterunt in futur, Salutem. Sciatis quod nobis ex relatu et suggestione fidedignorum constat Jus sedendi et genua flectendi tempore divinorum ad divina audienda et mortua corpora sepeliend in quadam Capella situata in superiori parte Insule ex pte australi eccle parochialis de Wawens Wotton in Com Warwici Dioc Wigorn predict nostreque Cantque Provincie, ad solos Dominos Proprietarios ac veros possessores cuiusdam Manerij in Wotton Wawen vocat Harwells Mannor in Wotton Wawen als vocat the Mannor of Lucyes in Wotton Wawen predict infra predictam parochiam situat pro se liberis et familiaribus suis solis a tempore immemorato cuius initij sive contrarij memoria hominum non existit spectasse et pertinuisse et sic spectare et pertinere in presenti, dictosque Dominos et proprietarios Manerij predci suosque liberos et familiares solos, per totum tempus predictum in eadem Capella, tempore divinorum ibm celebratorum sedere et genua flectere, mortuosque suos ibidem morientes sepelire solit fuisse et esse, cuius intuitu predictam Capellam retroactis temporibus communiter appellari et nuncupari the Harwells Chappell

Et postea Capellam magri Smyth, Totumqz et integrum Jus Dominorum et Proprietariorum in Manerio predict ltimis modis ad ffranciscum Smyth de Wawens Wotton predict Armigerum descendisse et devolutum fuisse et esse, Quodqz premissorum ratione dictus ffranciscus Smyth, cuiusqz maiores predecessores et antecessores omnes et singuli eorum temporibus respective et successive toto et omni tempore predco fuerunt in possessione Juris seu quasi Juris sedendi in predca Capella in Insula australi predca, in ecclia parochiali de Wawens Wotton predicta tempore divinorum vna cum eorum liberis et familiaribus ibidemqz ad divina audiend temporibus suis respective et successive modo predco sedere et genua flectere, mortuosqz suos ibim morientes sepelire consueverunt, Prefatusqz ffranciscus Smyth qui magis libere et quiete sine cuiusqum interruptione et molestia ipse, heredes et successores sui in Manerio predco et liberi eorundem cum familiaribus suis successive imposterum, Jure suo predco vti, frui et gaudere possint, Jus titulum, interesse ac possessionem sua predca in eadem per nos et authoritatem nostram ratificari et approbari ac sibi, heredibus et successoribus suis in Manerio predicto de Harwell als Lurpes predict confirmari humiliter petijt. Nos igitur attendentes huiusmodi suam petitionem fuisse et esse iustam et Juri consonam, ac volentes eidem ffrancisco Smyth in eadem sua iusta petitione deesse, sicuti nec debemus, ne imposterum vlla controversie sive questionis movenda circa premissa occasio relinquatur, et ad tollend omnem dubitacoem et questionem que inde oriri possit, Jus, titulum, interesse et possessionem prefati ffrancisci Smyth Armigeri sedendi et genua flectendi in Capella predicta cum liberis et familiaribus suis solis, mortuosqz suos ibidem sepeliend ratificamus, approbamus et confirmamus quantum de Jure possumus et non alr, Jusqz sedendi et genua flectendi cum liberis et familiaribus suis, vt supra, prefato ffrancisco Smyth heredibus et successoribus suis in Manerio predicto competere et spectare debuisse et debere, ex veritate suggestionis predict, ad quam nos referimus, decernimus et adiudicamus eisdemqz ffrancisco Smyth, heredibus et successoribus suis predictis Capellam predcam sediliaqz omnia et singula in eadem iam constructa pro locis et sedilibus in quibus ipse prefatus ffranciscus Smyth heredes et successores sui in Manerio pred, cum liberis et familiaribus suis, soli, libere et quiete ad divina audienda sedere et genua flectere possint, quantum de Jure possumus et non alr, assignamus et allocamus licentiamqz et facultatem sedendi in Capella predict cum eorum respective liberis et familiaribus ad divina audienda toties quoties eis seu eorum alicui opus fuerit et placuerit, et ad construend sibi heredibus et successoribus suis, pro eorum statu et dignitate, congrua et convenientia sedilia in Capella predca et ad reparand et reedificand sedile sive sedilia in Capella predca modo edificata et constructa pro eorum et cuiuslibet eorum meliori vsu et comoditate, quantum de Jure, legibus et Constitutionibus huius inclyti Regni Anglie possumus et non aliter neqz alio modo concedimus et impertimur per presentes. Monentes omnes et singulas personas quascunqz vt permittant eundem ffranciscum Smyth heredes et Successores suos in predco Manerio ac eorum liberos et familiares et eorum quemlibet sedes dicta Capella ac sedilibus in eadem constructis et construendis libere, pacifice et quiete vti, frui et gaudere sine omni vexatione, molestatione seu perturbatione quacunqz sub pena contemptus. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte vtimur) presentibus apponi fecimus, Dat decimo sexto die mensis Maij Anno Domini Millimo sexcentesimo quinto, Et nre Transl Anno primo.

Comissio ad visitand Civitatem et Dioc Wigorn

Tricesimo die mensis Maij Anno Domini 1605. Emanavit Comissio ad visitand ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Wigorn iure metropolitico (mutatis mutandis) vt in Comissione Visitacionis Dioc Meneven precedenti, directa Reverendo in Christo patri dno Gervasio Wigorn Episcopo, necnon venerabilibus viris Jacobo Mountague sacre theologie professori Decano Capelle Illustrissimi domini Regis, et Decano ecclie Cathlis Wigorn, Edwardo Stanhope Militi legum doctori vicario in spualibus generali etc Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cantuarien Archiepi etc Johanni Amye legum doctori vicario in spualibus generali etc predci Reverendi patris dni Epi Wigorn, Griffino Lewes sacre theologie professori Decano ecclie Cathlis Glouc, Militoni Smyth sacre theologie professori Rectori de Hartleburie, Willmo Thornehill sacre theologie baccho, Thome ffearman artium magro et Gervasio Carington artium magro prebendarijs ecclie Cathlis Wigorn predict et Morgano Jones presbro Thesaurario ecclie Cathlis Landaven conlr et divisim etc cum potestate substituendi etc concessa mro doctori Amye tantum.

Emanat etc missive dno Epo et Capitulo respective, et in visit Dioc Bath et Well.

Jones Clerici alias Randall Clerici Rectorie sive ecclie parochis Institutio.

Duodecimo die mensis Junij Anno Domini 1605. Coram venerabili viro dno Edwardo Milite legum doctore vicario in spualibus generali etc Reverendissimi in Christo patris dni Richardi Cantuar Archiepi etc ad quem ois iurisdictio etc ad Epum Wigorn etc ratione visitationis sue metropolitice infra Dioc Wigorn modo penden notorie dignoscitur pertinere, in eius Camera infra Hospitium Advocatorum de

Arcubus London &c in presentia mei Johannis Drake notarij publici &c Constitutus personaliter Abrahamus Pilkington presbiter in artibus Bacchus ad Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Rous Lench als Randalls Lench Wigorn diocesis predict, Cantuar Provincie ultime presentatus, Articulis de quibus in Synodo London &c consensum est anno Domini iuxta &c 1562. necnon tribus Articulis in Tricesimo sexto Capitulo Constitutionum et Canonum ecclesiasticorum in Convocatione Anno Domini 1604. regia authoritate edit et promulgat descriptis, ad tollend opinionum varietatem &c manu sua propria respective subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, Ac de renunciando omnimode forance Jurisdictioni &c iuxta formam Statuti &c necnon de licita et canonica obia prefato Rmo patri et successoribus suis, ac loci Ordinario pro tempore existen &c quam pt nulla simoniaca conventione seu pravitate interveniente &c se presentari procuravit &c iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus Dominus Edwardus Stanhope admisit dictum Abrahamum Pilkington ad eandem Rectoriam sive ecclesiam parochialem de Rous Lench als Randalls Lench per mortem naturalem Willmi Rous clerici ultimi Rectoris et et Incumbentis ibm (ut dicitur) vacantem, ad quam per Edwardum Rous Armigerum ipsius Rectorie sive ecclie parochis verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem, ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus et ptinen universis, Juribus Archiepalibus Cant, et Epalibus Wigorn, necnon ecclie Cathis et Metropolit xpi Cant et ecclie Cathis Wigorn dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Et acceptata per eum Cura aiarum &c Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus, vicarijs &c ratione penden visitationis metropolitice &c ad inducendum eundem Abrahamum Pilkington &c.

Tyso Vicarie Institutio

Decimoquarto die mensis Junij Anno Dni 1605. Coram venerabili et egregio viro Edwo Stanhope Milite legum doctore vicario in spualibus generali &c Reverendissimi in xpo pris Dni Richardi Cant Archiepi &c ad quem ois Jurisdictio &c ad Epum Wigorn spectan &c ratione visitationis sue metropolitice infra dioc Wigorn predict modo penden &c dignoscitur pertinere, in eius Camera infra Hospitium Advocatorum de Arcubus London &c in pntia mei Johannis Drake notarij publici &c Constitutus personalr Johannes Stevenage presbiter in artibus Bacchus ad Vicariam perpetuam ecclie parochialis de Tyso in Com Warwici dict Wigorn Dioc Cantuar Provincie ultime presentatus Articulis de quibus in Synodo London &c consensum est anno Dni iuxta &c 1562do necnon tribus articulis descriptis in Tricesimo sexto Capitulo Constitutionum et Canonum Anno Dni 1604. auctte regia edit et promulgat, ad tollend opinionum varietatem &c manu sua propria respective subscripsit, Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omnimode forance Jurisdictioni &c iuxta formam Statuti &c necnon de licita et canonica obia prefato Rmo pri et successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existen &c ac de continuo et personalr residendo in eadem vicaria &c quam pt nulla simoniaca conventione seu pravitate interveniente &c se presentari procuravit &c iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus Dnus Edwardus Stanhope admisit dictum Johannem Stevenage ad eandem Vicariam de Tyso per mortem naturalem Willmi Edwards clerici ultimi vicarij et Incumben ibm (ut dicitur) vacan, ad quam per Nicholaum Clerke de Tyso predict generosum ipsius vicarie verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum, ptatus extitit, Ipsumque vicarium ppetuum eiusdem, ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus, membris et pertinen universis, Juribus Archiepalibus Cant et Epalibus Wigorn necnon ecclie Cathis et Metropolitice xpi Cant et ecclie Cathis Wigorn dignitatibus &c salvis, Et acceptata per eum Cura aiarum &c Scriptum fuit, universis et singulis Rectoribus vicarijs &c ratione penden visitationis &c ad inducendum eundem Johannem Stevenage &c.

Commissio ad admittend Reverendu prem dnm Tho Glouc Epum ad Rcoriam de Bredon.

Richardus &c ad quem &c ad Epum Wigorn &c ratione visitationis nre metropolitice &c pertinet, Reverendo in xpo pri ac venerabili confri nro Dno Gervasio eadem providentia Wigorn Episcopo, Salutem et fraternam in Domino charitatem. Cum Reverendus in xpo pater ac venerabilis Confrater noster Dnus Thomas eadem providentia Gloucestren Epus ad Rectoriam ecclesie parochialis de Bredon vestre Wigorn Diocesis necnon Cantuarien Provincie, per lapsum temporis vel aliquo alio quocunque legali modo iam (ut dicitur) vacan, per Serenissimum in xpo principem et dnm nrum dnm Jacobum Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regem fidei Defensorem &c ipsius Rectorie Jure prerogative Corone sue Regie hac vice (ut etiam dicitur) patronum presentatus existit. Ad admittendum igitur eundem Reverendum prem dnm Thomam Gloucestren Epum ad dictam Rectoriam eccle parochialis de Bredon sic (ut prefertur) vacantem, Ipsumque Reverendum prem Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituend canonice et investiend cum suis Juribus membris et pertinen universis, ac in realem, actualem et corporalem possessionem eiusdem Juriumque membrorum et pertinen suorum universorum induci mandand et faciend, Curamque et regimen animarum parochianorum ibidem eidem Reverendo patri in Domino committend, Ac Juramentum tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando, recusando et refutando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forincecis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclitj Regni Anglie in ea parte editi et provisi, necnon de licita et canonica obedientia nobis et successoribus nostris ac loci Ordinario pro tempore existen in omnibus licitis et honestis mandatis per ipsum prestanda et exhibenda, atque quod nulla simoniaca conventione seu pactione interveniente se ad dictam Rectoriam de Bredon presentari procuravit iuxta tenorem schedule presentibus annexe), quam etiam aliud quodcumque Juramentum licitum et honestum, ac de iure legibus et statutis huius incliti Regni Anglie in ea parte requisit ab eodem Reverendo patre ante admissionem suam ad dictam Rectoriam vice et auctoritate nostris recipiend et admittend, Necnon ipsum Reverendum patrem libro de ac tribus articulis in schedula contentis (presentibus respective annexis) manu sua propria in presentia vestra ante admissionem suam ad dictam Rectoriam respective subscribere, ac assensum suum eis prebere vice et auctoritate nostris videnda, Litterasque testimoniales eidem Reverendo patri desuper (si opus fuerit) faciend et concedend, Ceteraque omnia et singula faciend, exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, vestre fraternitati vices et authoritatem nostras committimus, ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem. Assumpto vobis Dilecto nobis in Christo notario publico Deputato Johannis Coston notarij etiam publici officium Registrariatus nostri principalis exercen in Registrarium et actorum vestrorum in hac parte scribam durante hac nostra Commissione, aut eo nolente vel aliunde impedito alio quocunque notario publico. Volentes quod (huiusmodi Institutionis negotio expedito) de omni eo quod in premissis feceritis, nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem aliumve Judicem in hac parte competen quemcunque sub forma authentica clausis sigillat debite certiores reddere curetis, una cum presentibus, ac litteris presentationis regie Maiestatis eidem Reverendo patri domino Thome Blout Episcopo in hac parte fact et concessis, et cautione tenoris (schedula presentibus etiam annexe) per eundem Reverendum patrem (modo ipse ad eandem Rectoriam de Bredon admissus fuerit) interponenda. Salvis tamen et reservatis nobis ac Officiarijs et ministris nostris omnibus et singulis feodis proficuis commoditatibus et emolumentis quibuscunque, ratione admissionis, institutionis et inductionis huiusmodi quoquo modo debitis et competen, presentibus litteris nostris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium facien non obstan. In cuius rei Testimonium &c Dat vicesimo nono die mensis July Anno Domini 1605. Et nostre Translationis Anno primo.

Hasley ecclie
Institucio.

Viccesimo tertio die mensis Augusti Anno Domini 1605. Coram magistro Johanne Amye legum doctore Surrogato venerabilis et egregij viri Edwardi Stanhope Militis legum etiam doctoris vicarij in spiritualibus generalis &c Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cant Archiepiscopi &c ad quem omnis Jurisdictio &c ad Episcopum Wigorn spectan &c ratione visitationis sue metropolitice infra Dioc Wigorn modo penden &c dignoscitur pertinere, in eius edibus infra parochiam Sancti Gregorij Civitatis London notorie situatis, in presentia mei Johannis Drake notarij publici &c Constitutus personaliter Samuel Watson presbiter in artibus magister ad ecclesiam parochialem de Hasley dict Wigorn Dioc et Cant Provincie legitime presentatus, Articulis de quibus in Synodo London &c consensum est anno Domini iuxta &c 1562do necnon tribus articulis descriptis in Tricesimo sexto Capitulo Constitutionum et Canonum ecclesiasticorum anno Domini 1604 regia auctoritate edit et promulgat ad tollend opinionum varietatem &c manu sua propria respective subscripsit: Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omnibus forinsecis Jurisdictionibus &c iuxta formam statuti &c necnon de licita et canonica obedientia prefato Reverendissimo patri et successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existen &c quod nulla nulla simoniaca conventione interveniente &c se presentari procuravit &c iuxta Canonem in ea parte ~~in ea parte~~ editum &c Prefatus magister Johannes Amye admisit dictum Samuelem Watson ad dictam ecclesiam parochialem de Hasley per deprivationem Willelmi Meacocke ultimi Rectoris et Incumbentis ibidem (ut dicitur) vacantem, ad quam per Clementem Throckmorton Militem ipsius ecclesie verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum, presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus et pertinentiis universis, Juribus Archiepiscopalibus Cant et Episcopalibus Wigorn necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant, et ecclesie Cathedralis Wigorn dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Et acceptata per eum Cura animarum &c Scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicarijs &c ratione penden visitationis metropolitice &c ad inducendum eundem Samuelem Watson &c.

Vicesimo septimo die mensis Augusti Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinto, Emanavit relaxatio Jurisdictionis Dni Episcopi Wigorn, mutatis mutandis ut in visitatione Dioc Bath et Wellen.

Relaxatio Jurisdictionis Dni Epi Wigorn.

Vicesimo die mensis Martij Anno Dni iuxta etc 1605. Emanavit relaxatio Jurisdictionis Dni Archini Wigorn mutatis mutandis ut in Visitatione Dioc Bathon et Wellen precedent.

Relaxatio Jurisdictionis Dni Archini Wigorn.

Visitatio metropolitica Diocesis Exon

Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinto. E.

Exon:

Nono die mensis Martij Anno Domini iuxta Computationem ecclesie Anglicane Millesimo sexcentesimo quarto, Emanarunt Inhibitiones respective Dno Willmo Exon Epo, Decano et Capitulo et Capitulo ecclesie Cathedralis Exon, Archino Exon, Archino Cornubie, Archino Barnstable et Archino Toton mutatis mutandis, ut in Visitatione Dioc Bathon et Wellen precedent.

Inhibit
- Domino Epo
- Decano et Capitulo
- Exon, Cornubie, Barn, Toton Archinis

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus, Venerabili Confratri nro Dno Martino eadem providen Elien Episcopo, vestroque vicario in spualibus generali, Officiali principali, sive Comissario cuicunque, Salutem et fraternam in Dno charitatem. Quia nos Ecclīam Cathem ac Civitatem et Dioc vestras Elien in locis exemptis et non exemptis, tam in Capite quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degen sive residen iure nro metropolitico propediem (annuente Dno) visitare, et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessario indigen, corrigere et in statum suum debitum, pro viribus restituere proponimus et intendimus: Ut igitur visitacōem nram metropoliticam huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus, Reverende fraternitati vre tenore presentium inhibemus, ac per vos omnibus et singulis Officiarijs et ministris vris et alijs personis quibuscunque, Jurisdictionem aucte vra quovismodo exercen, cum omni celeritate accomoda sic inhiberi volumus et mandamus, Ne a tempore receptionis presentium, aut executionis sive intimationis earundem vobis fiend, penden visitacōe nra metropolitica predicta, Ecclias aut alia loca ecclesiastica, Clerumve aut populum dict Civitatis et Dioces vre Elien visitetis seu visitari faciatis, aut aliquam Jurisdictionem ecclīcam contentiosam sive voluntariam quoquomodo exerceatis, seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nre metropolitice huiusmodi quovismodo attentetis seu attentari faciatis sub pena contemptus. De diebus vero receptionis presentium aut intimationis earundem vobis fiend nos aut vicarium nrum in spualibus generalem et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competen quemcunque, cum ad hoc congrue fueritis requisit debite certificetis prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nro de Lambehith nono die mensis Aprilis Anno Domini Millimo sexcentesimo octavo, Et nre Translationis Anno quarto.

Inhibicio fact decano et Capitlo Elien

Richardus etc dilectis nobis in xpo Decano et Capitulo Ecclie Cathlis Elien, seu eorum vices geren quibuscunque, Salutem et gratiam. Quia nos Ecclīam Cathem ac Civitatem et Dioces Elien predict in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen, iure nro metropolitico propediem (annuente Dno) visitare, et defectus inibi repertos, correctione et reformatione necessario indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus: Ut igitur visitacōem nram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus, Vobis et vrum cuilibet, tenore presentium inhibemus et per vos omnibus et singulis Officiarijs et ministris vris et alijs personis quibuscunque, Jurisdictionem ecclīcam aucte vra quovismodo exercen cum omni celeritate accomoda, sic inhiberi volumus et mandamus, ne a tempore receptionis presentium aut executionis sive intimationis earundem vobis fiend, pendente visitacōe nra metropolitica huiusmodi, aliquam Jurisdictionem ecclīcam in aliquibus locis exemptis et non exemptis, vre Jurisdictioni quovismodo subiecte exercere, seu quicquam aliud in preiudicium visitacōis nre metropolitice predicte quovismodo attentare presumatis seu aliquis vrum presumat, sub pena contemptus. De diebus vero receptionis presentium aut intimationis earundem vobis fiend, nos aut vicarium nrum in spualibus generalem et Officialem principalem, vel alium Judicem in hac parte competen quemcunque cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificetis prout decet. In cuius rei Testimonium etc Dat in Manerio nro de Lambehith nono die mensis Aprilis Anno Dni 1608 Et nre Transl Ao quarto.

Inhibitio fact Archnō Elien

Richardus etc Dilecto nobis in xpo Archnō Elien seu eius Officiali cuicunque Salutem. Quoniam nos Ecclīam Cathem ac Civitatem et Dioces Elien in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen, iure nro metropolitico propediem (annuente Dno) visitare et defectus ibi repertos correctione et reformatione necessario indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus: Ut igitur visitacōem nram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus, Tibi tenore presentium inhibemus ac per te omnibus et singulis alijs personis Jurisdictionem ecclīam infra Archinatum et Jurisdictionem predict exercen, sic inhiberi volumus et mandamus, quatenus nec tu nec illi seu eorum ex

aliquis a die receptionis presentium aut executionis sive intimationis earundem tibi fiend, durante visitatione
nostra metropolitica huiusmodi ecclesias aut alia loca ecclesiastica clerumve aut populum eiusdem Archidiaconatus visitare
aut ea que sunt Jurisdictionis ecclesiastice exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre huiusmodi quovis
modo attentare presumas seu presumant, sub pena contemptus; De diebus vero receptionis
presentium aut intimationis earundem tibi fiend nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem
et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competentem quemcunque, cum ad hoc
congrue fueris requisitus debite certificare non postponas, In cuius rei testimonium Datum in
manerio nostro de Lambehith, nono die mensis Aprilis Anno Domini 1608. Et nostre Translationis Anno quarto

Commissio ad exercendum Jurisdictionem ecclesiasticam infra Dioc Elien pendente visitatione Metropolitica

Richardus providentia divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus
ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica ad Episcopum Elien spectans et pertinens
ratione visitationis nostre metropolitice infra eandem dioc modo pendentis notorie dignoscitur
pertinere, Dilecto nobis in Christo nostro Willelmo Hattr legum doctori, Salutem et gratiam
Cum nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Diocesim Elien nostre Cant Provincie in locis
exemptis et non exemptis, tam in Capite, quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degentes
sive residentes Jure nostro metropolitico propediem (annuente Domino) visitare et defectus inibi repertos
corrigere et reformare necessarie indigentes corrigere et statum suum debitum pro viribus resti-
tuere proponentes et intendentes, venerabili confratri nostro Domino Martino eadem providentia Elien Episcopo
aliasque inhiberi mandaverimus et fecerimus, ut pendente visitatione nostra metropolitica huiusmodi
Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum dicte Diocesis visitare seu visitari
facere aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam contentiosam sive voluntariam quovismodo exercere
seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre metropolitice huiusmodi attemptare seu attemptari facere
presumat, sub pena contemptus Ac nihilominus providere volentes, ne lites cause et discordie
inter domini nostri Regis subditos antehac mote et imposterum movende aliaque negotia dicte Dioces-
-is ratione inhibitionis nostre predicte remorarentur, protrahantur, aut plus iusto differantur in
eorundem subditorum preiudicium et dispendium; Ad cognoscendum igitur procedendum
statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis in dicta Civitate
et Dioc Elien, tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantiam
sive promotionem hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum (pendente visitatione
nostra metropolitica predicta) movendis et intentandis, easque et ea cum suis incidentibus,
emergentibus, dependentibus, annexis et connexis quibuscunque, citra tamen offensam legum et statutorum
huius Regni Anglie, et quatenus leges et statuta huiusmodi permittant, et non aliter neque
alio modo) audiendum discutiendum et fine debito terminandum, Testamenta insuper et ultimas
voluntates quorumcunque infra dictam Civitatem et Dioces Elien decedentium approbandum et
insinuandum, Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato sive per viam
intestati decedentium, executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis et aliis quibus de Jure et
statutis huius Regni Anglie committi debeant, in debita iuris forma concedendum et committendum
Ac compotum calculum sive ratiocinium executorum et administratorum huiusmodi recipiendum
audiendum examinandum et admittendum, ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori compoto
calculo sive ratiocinio in hac parte reddendo, prout Juris fuerit et equitatis) absolvendum
et finaliter dimittendum. Alium insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte editum quali-
ficatos, in premissis et eorum quolibet loco tuo (quoties opus fuerit) substituendum, ac eis
eis vices nostras circa premissa in omnibus locis eiusdem Dioces committendum, ac substitutos
huiusmodi tuo Arbitrio revocandum, Et generaliter omnia et singula alia faciendum exer-
cendum et expediendum, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna (exceptis preterquam presentibus quascunque committend, nisi nobis in ea parte specialiter reservatis)
una cum cuiuslibet congrue et legitime coertionis potestate iuxta Constitutiones et Canones
nos ecclesiasticos regia suprema auctoritate confirmat infligendum, tibi vices nostras committimus ad
nostrum beneplacitum duratur. Et quoniam nostrum est pro officii nostri pastoralis debito vigi-
lanter prospicere ut boni, fideles, digni et idonei operarii in vineam Domini mittantur, perso-
nalem examinationem, approbationem, admissionem institutionem et inductionem quorumcunque
Clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dicte Civitatis et Dioces Elien, durante visita-
tione nostra metropolitica huiusmodi presentatorum aut imposterum presentandorum nobis ac
vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali specialiter reservamus presentibus
literis nostris Commissionalibus aut aliquo in eisdem contento in contrarium faciend non obstante

quibus fid

quibuscumque. Volentes insuper quatenus omnes et singulos per te seu substitutum sive substitutos tuos huiusmodi auctoritate tua excommunicatos et huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra perseverantes nobis iuxta morem exigentiam significare velis, ut nos ad eorum in ea parte obstinacias reprimendas pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo domino nostro Regi iuxta Regni sui Anglie leges statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit, debita cum reverentia scribere valeamus. Et preterea volumus ut de commoditatibus proficuis et emolumentis quibuscumque ratione Jurisdictionis huiusmodi durante visitatione nostra metropolitica predicta provenien verum, plenum et fidele Computum vicario nostro in spiritualibus generali iuste reddas seu reddi facias. Assumpto tibi et substitutis tuis huiusmodi uni vel pluribus, Dilecto nobis in Christo Johanne Coston notario publico officium Registrariatus nostri principalis exercen, vel aut eius in hac parte deputat seu deputand in Registrarium et actorum vestrorum scribam, necnon Johanne Gilpyn generoso Apparitore nostro generali vel eius in hac parte deputat seu deputand in Apparitorem et mandatarium vestrum. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat vicesimo octavo die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo sexcentesimo octavo, Et nostre Translationis Anno quarto.

Tertio die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo octavo, scriptum fuit Regie Maiestati pro corporis captione Roberti Bankes senioris de Waterbeache in Com Cantabr Elien diocesis Cantuar Provincie excommunicati etc

Pro significatione pro corporis captione Ro: Bankes excommunicati.

Undecimo die mensis Junij Anno Domini 1608. Coram venerabili et egregio viro domino Thoma Crompton milite legum doctore, vicario in spiritualibus generali etc Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cant Archiepiscopi etc ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica ad Episcopum Elien spectan et pertinen, racione visitationis metropolitice dicti Reverendissimi patris infra dioc Elien etc dignoscitur pertinere, in cuius edibus prope Paules Chayne infra parochiam Sancti Gregory Civitatis London situat, in presentia mei Johannis Drake notarij publici etc Constitutus personaliter Bonifacius Watte Clericus sacre theologie Bacchalaureus ad Rectoriam Ecclesie parochialis de Elme cum Capella de Emneth eidem annexa sive ab eadem dependen Elien Diocesis Cantuar Provincie legitime presentatus Articulis de quibus in Synodo London etc consensum est Anno Domini iuxta etc 1562. necnon tribus illis Articulis descriptis in Tricesimo sexto Capitulo libri Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum Anno Domini 1604 regia auctoritate edit etc respective subscripsit, Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omnimode forinsece Jurisdictioni etc iuxta formam statuti etc necnon de canonica obedientia prefato Reverendissimo patri et successoribus suis ac loci Ordinario protempore existen etc quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione eiusdem etc iuxta Canonem in ea parte edit etc Prefatus dominus Thomas Crompton admisit eundem Bonifacium Watte ad dict Rectoriam de Elme cum Capella de Emneth predict eidem annexa per mortem naturalem domini Richardi Swale militis legum etc doctoris ultimi Rectoris et Incumben ibidem (ut dicitur) vacan, ad quam per Reverendum in Christo patrem dominum Martinum Elien Episcopum ipsius Rectorie cum Capella predicta verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum, presentatus extitit, Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus membris et pertinen universis, Juribus Archiepiscopalibus Cant et Episcopalibus Elien, necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant; et ecclesie Cathedralis Elien dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis, Curamque et regimen animarum parochianorum ibidem, per vicarium ibidem exercend ei in domino commisit. Et scriptum fuit universis et singulis Rectoribus, vicarijs etc racione pendente visitationis etc ad inducendum eundem Bonifacium Watte etc

Elme cum Capella de Emneth, Rectoris Institutio.

Decimo sexto die mensis Junij Anno Domini 1608. Coram venerabili viro domino Thoma Crompton milite legum doctore vicario in spiritualibus generali etc Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cant Archiepiscopi etc ad quem etc ad Episcopum Elien spectan etc ratione visitationis metropolitice etc in cuius edibus infra parochiam Sancti Gregory Civitatis London etc in presentia mei Johannis Drake notarij publici etc Constitutus personaliter Johannes Wilborne Clericus in Artibus magister ad vicariam perpetuam Ecclesie parochialis Sancte Trinitatis in villa Cantabr Elien diocesis Cantuar Provincie presentatus, Articulis de quibus in Synodo London etc consensum est Anno Domini iuxta etc 1562: et tribus illis Articulis descriptis in Tricesimo sexto Capitulo libri Constitutionum ecclesiasticorum Anno Domini 1604 regia auctoritate edit etc respective

Sancte Trinitatis in villa Cantabr vicarij Institutio.

subscripsit, Et tunc prestito per eum Iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omnimode forinsece Iurisdiccioni iuxta formam statuti necnon de canonica obedientia et de continue et personaliter residendo et quam de Simonia non commissa et iuxta Canonem in ea parte edit' et prefatus dominus Thomas Crompton admisit eundem Iohannem Wilbore ad dictam vicariam sancte Trinitatis in villa Cantabr' predict' per cessionem ultimi Incumbentis ibidem (ut dicitur) vacantem, ad quam per Illustrissimum in Christo principem et dominum nostrum dominum Iacobum dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et hibernie Regem fidei defensorem et ipsius vicarie verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit et cum suis Iuribus et pertinentiis universis, Iuribus Archiepiscopalibus Cant' et Episcopalibus Elien', necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant', et ecclesie Cathedralis Elien' dignitatibus et honoribus semper salvis. Et acceptata per eum Cura animarum et scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis et curatis penden' visitationis metropolitice et ad inducendum eundem Iohannem Wilbore etc.

Orwell vicarie Institucio.

Vicesimo quinto die mensis Iunij Anno Domini 1608 coram venerabili et egregio viro domino Thoma Crompton milite legum doctore vicario in spiritualibus generali et officiali Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cant' Archiepiscopi et ad quem et ad Episcopum Elien' spectantem et ratione visitationis metropolitice infra eandem diocesim et in edibus suis infra parochiam sancti Gregorij Civitatis London' et in presentia mei Iohannis Drake notarij publici et Constitutus personaliter Willelmus Barnard Clericus in Artibus magister, ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Orwell in Com' Cantabrigie Elien' Dioc' predict' Cant' Provincie, presentatus, Articulis de quibus in Synodo London' et consensum est Anno Domini iuxta etc 1562. et tribus illis Articulis descriptis in Tricesimo sexto capitulo libri Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum Anno Domini 1604 regia auctoritate edit' et respective subscripsit. Et tunc prestito per eum Iuramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omnimode forinsece Iurisdiccioni et iuxta formam statuti et necnon de canonica obedientia et ac de continue et personaliter residendo et quam de Simonia non commissa et iuxta Canonem in ea parte edit' Prefatus dominus Thomas Crompton admisit eundem Willelmum Barnard ad dictam vicariam de Orwell per liberam et spontaneam resignationem Iohannis Bowen Clerici ultimi Incumbentis ibidem (ut dicitur) vacantem, ad quam per Ieremiam Ratcliffe sacre theologie professorem Rectorem ecclesie parochialis de Orwell predicte ipsius vicarie verum et indubitatum (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit, Ipsumque vicarium perpetuum eiusdem ac in et de eadem instituit et cum suis Iuribus et pertinentiis universis Iuribus Archiepiscopalibus Cant' et Episcopalibus Elien', et necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant' et ecclesie Cathedralis Elien' dignitatibus et honoribus semper salvis. Et acceptata per eum Cura animarum et scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis et curatis penden' visitationis metropolitice et ad inducendum eundem Willelmum Barnard etc.

Comissio ad visitandum ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc' Elien'.

Richardus providentia divina Cantuarien' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Elien' spectat et pertinet ratione visitationis nostre metropolitice infra eandem Diocesim modo penden' notorie dignoscitur pertinere, Venerabili confratri nostro domino Martino eadem providentia Elien' Episcopo, necnon venerabilibus viris Thome Crompton militi legum doctori vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali Willelmo Sayer legum doctori, vicario in spiritualibus generali et Officiali principali dicti confratris nostri, Iohanni Richardson sacre theologie professori regio, et Samueli Harsnett sacre theologie professori Salutem et gratiam. Cum suscepti Cura regiminis nos impellit, ut vitia extirpando et virtutes plantando, nostri Officij debitum, quantum cum deo possumus, implere nitamur, hinc est, quod nos ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Diocesim Elien' nostre Cant' Provincie, tam in Capite quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes authoritate nostra metropolitica propediem (annuente Domino) visitare, et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessarie indigentes corrigere et statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus: Verum quoniam nos impresentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus impliciti et remorati prout etiam et verisimiliter erimus in futurum, quod dictum nostrum pium propositum in persona nostra propria exequi non possumus uti vellemus si hijs impedimentis non remoraremur, Nobis igitur et cuilibet vestrum conjunctim et divisim de quorum circumspectionis fidelitate, circumspectione industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hijs et alijs nobis creditis negocijs plurimum confidimus hanc Provinciam duximus committendam. Ad visitandum igitur tam in capite quam in membris Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Diocesim Elien predict, necnon quascumque alias Collegiatas parochiales et Prebendales ecclesias et alia loca ecclesiastica quecumque tam exempta quam non exempta per Civitatem et Diocesim Elien predict ubilibet constitut, Clerumque et populum in eisdem degen sive residen, deque statu ecclesiarum et locorum quibus presunt, necnon vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in ecclesijs et locis huiusmodi degen sive ministran modis viis quibus id melius et efficacius de iure poteritis inquirendum et investigandum. Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum dignitatum et officiorum suorum privationem (si facti atrocitas ita poposcerit) iuxta formam Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum in ea parte edit, fructuumque redditum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt) sequestracionem, vel quamcumque aliam congruam et competentem coertionem inclusive puniendum et corrigendum, atque ad probatiores vivendi mores modis omnibus quibus id melius et efficacius de iure poteritis reducendum. Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcumque defunct infra Civitatem et Dioc Elien predict ac peculiares Jurisdictionis in eisdem visitationi nostre metropolitice subiect decedentium probandum, approbandum et insinuandum, Administrationesque bonorum eorundem defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam intestat etiam decedentium, executoribus in huiusmodi Testamentis nominatis et alijs quibus de iure aut huius Regni Anglie legibus et statutis committi debeant in debita iuris forma expediendum concedendum et committendum. Computa quoque executorum et administratorum huiusmodi recipiendum audiendum examinandum et admittendum, ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo, calculo sive ratiocinio in hac parte reddendo (prout iuris fuerit et equitatis) acquietandum relaxandum et finaliter dimittendum. Causasque et instantiarum quascumque examinandum et finaliter determinandum. Contumaces autem et rebelles cuiuscumque condicionis sive status fuerint (si quos inveneritis) per censuras ecclesiasticas compescendum. Ecclesias autem et alia loca dimissa vacare et pro vacantibus haberi fore decernendum et declarandum, necnon clericorum et beneficiatorum quorumcumque tam pro ordinibus quam beneficijs per eos adeptis, literas et Instrumenta ac munimenta quecumque exigendum et recipiendum, casque et ea diligenter examinandum et discutiendum, et si quos non sufficienter munitos in ea parte compererit ab officijs et beneficijs huiusmodi dimittendum, et sic pro non munitis pronunciandum et declarandum. Synodosque et Capitula tam generalia quam specialia Cleri et populi huiusmodi pro executione premissorum aut reformacione quacumque habenda faciendum et convocandum. Procurationesque et Synodalia quecumque nobis ratione visitationis nostre metropolitice huiusmodi debit petendum, requirendum, exigendum levandum et recipiendum, ac procurationes huiusmodi non solventes aut solvere recusantes per censuras ecclesiasticas cogendum, coercendum et compellendum: Inhibendum preterea vice et auctoritate nostris omnibus et singulis Decanis Capitulis, Archidiaconis Cancellarijs, Officialibus, Commissarijs registrarijs actorumque scribis ceterisque quibuscumque quocumque nomine aut cognomine censeantur vel reputentur, ne ipsi aut eorum aliquis Iurisdictionem aliquam spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitatem et Diocesim Elien vel peculiares predictas quoquo modo exerceat aut quicquam aliud in preiudicium sive dispendium visitationis nostre metropolitice huiusmodi quomodolibet attemptare presumant seu eorum aliquis presumat, faciantve aut faciat sub pena contemptus. Ac usurpata et attemptata in contrarium per legitima iuris remedia revocandum, contra usurpatores vero attemptatores et transgressores huiusmodi procedendum, ac eos per censuras ecclesiasticas quascumque canonice puniendum et compescendum: Et si contigerit dominum magistrum Willelmum Sayer ad adversa valetudine vel alias legitime impediri, ita et executioni huiusmodi nostre Commissionis iuxta tenorem eiusdem commode interesse non possit, quod tunc bene licebit dicto magistro Willelmo Sayer alium virum idoneum et discretum iuxta Canonem in ea parte editum qualificat in premissis et eorum quolibet loco suo substituere, ac ei vices nostras circa premissa committere, eumque (prout opus fuerit ac sibi videbitur expedire) revocare. Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna; vobis et cuilibet vestrum coniunctim et divisim vices nostras committimus ac plenam in Domino tenore presentium concedimus potestatem. Assumpto vobis et cuilibet vestrum coniunctim et divisim, ac substitut dicti magistri Willelmi Sayer in casu predicto, dilecto nobis in Christo Johanne Coston notario publico Officium Registrariatus nostri principalis exercente vel eius deputat seu deputandum in Registrarium et actorum vestrorum scribam seu scribas, Necnon Johanni Gilpyn generoso Apparitori nostro generali vel eius Deputato in Apparitorem et mandatarium vestrum in hac parte, durante visitacione nostra metropolitica huiusmodi, Et quoniam nostrum est pro officii nostri pastoralis debito vigilanter prospicere ut boni, fideles digni et idonei operarii in vineam Domini mittantur, personalem examinationem, approbacionem, admissionem, institucionem et inductionem quorumcunque Clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dicte Civitatis et Dioc Elien durante visitacione ~~nra~~ metropolitica huiusmodi presentatorum aut imposterum presentandorum nobis et Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali specialiter reservamus presentibus literis nostris Commissionalibus aut aliquo in eisdem contentis in contrarium facien non obstantibus quibuscunque. Mandantes quod Articulos presentibus annexos quoad Ecclesiam Cathedralem Elien et ministros eiusdem tantum et alios Articulos authoritate nostra promulgand et ministrand in et per Civitatem et Dioc Elien ac peculiares ~~Ju~~ in eisdem, in hac nostra visitacione debite execucioni demandari et ab omnibus quos concernunt inviolabiliter observari, ac de illis et eorum singulis iuxta eorundem exigentiam diligenter inquiri faciatis. Mandantes preterea quod dicta visitacione nostra metropolitica finita de omni eo quod per vos aut vestrum aliquem in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit, per literas vestras patentes sub forma authentica conceptas nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem certiores facere curetis, De omnibus vero feodis commoditatibus, proficuis et emolumentis racione visitacionis nostre metropolitice huiusmodi durante visitacione predicta proveniend, ac racione detentorum in eadem, verum plenum et fidele Compotum, calculum sive raciocinium Vicario nostro in spiritualibus generali iuste reddatis. In Cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehith, vicesimo primo die mensis Julii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo decimo, Et nostre Translacionis Anno quarto.

Articles for the Cathedrall Church of Elye to be inquired of in his Graces metropoliticall visitacion etc.

1 **Inprimis** whether everie member of this Church, at his first admission, doth sweare to observe such Statutes, as have bynn hitherto used as statutes and not contrarye to the Lawes of the realme of England.

2 **Item** what other benefices ecclesiasticall the deane, Archdeacon, Prebendaries or other ecclesiasticall persons of this Church have besides their roomes and places in the said Church.

3 **Item** howe the xlii, xliii and xliiii Chapters of the Constitucions made in the Convocation Anno Domini 1604 and confirmed by his Maiestie under the great seale of England for the residencies of your deane and other Prebendaries as well upon their Prebendes as upon their other benefices, are observed.

4 **Item** whether the number of those that serve the Quire and all other ministers of this Church, be kept full, and the quire sufficiently furnished with able singers, and daylie service their songe accordinge to the foundacion of this Church.

5 **Item** whether your divine service be used and the Sacramentes administred in due tyme and accordinge to the Booke of common prayer and by singinge and readinge accordinge to the Statutes of this Church.

6 **Item** whether all the members of your Church, especially the Prebendaries and ecclesiasticall persons doe use seemelye garmentes and attires, As namelye all graduates their surplice and hoode for their degree of schoole, and other inferiors their surplice and Capp, accordinge to the Canons and Constitucions sett forth by his Maiestie in the Convocation Anno Domini 1604.

7 **Item** whether the Prebendaries and preachers of your Church, doe preach yearelye the full number of Sermons appointed by the Statutes and ordinaunces of the said Church

and the late Constitucons ecclesiasticall in their owne persons or by others, and who doth most usually preach them. And howe often have you Sermons or lectures in the weeke in the Cathedrall Church and by whom, And what be the Statuts of this Church in that behalfe.

Item whether the muniments and evidences of this Church be safely kept, of what persons is the foundacon of your Cathedrall Church, namely of howe manie Prebendaries, Canons, Petticanons, vicars Chorall, Choristers, singers, Grammer schole maister and schollers or other like, and who is bound to maintaine and find them, And are they at this present full and serve the Church in their owne persons, as by lawe they ought to doe. 8

Item whether the Choristers be well ordered, and the number of them furnished, and who hath the charge of catechisinge and instructinge of them in the principles of religion, and whether are they soe brought upp. 9

Item whether the Officers of this Church, namelye Steward, Treasurers, Bowsers, Receavers, Accomptants, and such like, doe yearlie make a true Accompt of their receipts, and paye such money as is due to the Church upon their accompts, and whether anie such yett be nowe indebted unto the Church, and in howe much. 10

Item whether the Cathedrall Church be sufficiently repayred both in the bodye, Chauncell, and all other Iles and places belonging to the Church, and by whose default it is unrepayred, and who ought to repayre it. 11

Item whether the Prebendaries and other the preachers of this Church in their Sermons doe use to praye for the Kings Maiestie, the Queene, Prince and all his highnes issue, and doe give unto his highnes in their prayer, accordinge to the late Constitucons, his whole stile, and soe doe pursue the particulers in the said Constitucons, appointed for that end to be observed. 12

Item whether there be within this Church, or the precincts and limitts thereof anie usurers contrarie to the statute in that behalfe made, drunkards, adulters, fornicators, incestuous persons, simonists, recusants of either sort, or such as neglect to repayre to the Church to service, or doe not receave the Communion thrise yearlye, or are vehemently suspected of anie of the crimes aforesaid, or anie that be familiarlye and daylie conversant with recusants, or notorious papists, or harbourers and receavers of anie such into their houses. 13

Decimo quarto die mensis Septembris Anno domini 1608. Coram venerabili viro Dno Thoma Crompton milite legum doctore vicario in spiritualibus generali &c Rmi in Xpo patris Dni Richardi Cantuarien Archiepiscopi &c ad quem &c ad Episcopum Eliensem &c ratione visitationis sue metropolitice &c in eius edibus prope Paules Chayne infra parochiam Sancti Gregorij Civitatis London &c in presentia mei Johannis Drake notarij publici &c Constitutus personaliter Thomas Murrell Clericus in artibus magister ad Rectoriam Ecclesie parochialis de Castell Camps dicte Elien diocesis Cantuar Provincie presentatus Articulis de quibus in Synodo London &c concessum est Anno domini millesimo quingentesimo 1562 et tribus illis Articulis descriptis in tricesimo sexto Capitulo libri Constitucionum sive Canonum ecclesiasticorum Anno domini 1604. regia auctoritate edit et promulgat &c respective subscripsit. Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omnimode forinsece Jurisdiccioni &c iuxta formam statuti &c necnon de licita et canonica obedientia &c quam de Simonia non commissa prout de procuratore sive acquisitore Rectorie predicte iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus Dnus Thomas Crompton admisit eundem Thomam Murrell ad dictam Rectoriam de Castell Camps [illegible] et de Jure et dicitur vacantem, ad quam per Illustrissimum in Xpo principem et dnum

Castell Camps Rectoria Institucio.

nostrum

nrum dnm Jacobum, dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et hibnie Regem fidei Defensorem &c ipius Rectorie verum et indubitatum, per pravitatem simonie hac vice (ut etiam dicitur) patronum putatum exhib ffyning, Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Iuribus membris et pertinentiis universis, Iuribus Archiepalibus Cant et Epalibus Elien, necnon ecclie nre Cathis et Metropolitice Christi Cantuarien et ecclie Cathis Elien dignitatibus et honoribus &c salvis. Et acceptata per eum Cura animarum &c scriptum fuit universis et singulis Rectoribus vicariis &c ratione pendentis visitacois &c ad inducendum eundem Thomam Murell &c

Relaxacio Iurisdiccionis Dni Archni Elien.

Decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo octavo, Emanavit relaxatio Iurisdictionis Dni Archni Elien, quoad visitacoem metropoliticam &c mutatis mutandis ut in relaxacoe Iurisdiccionis Archni Suff in visitacoe dioc Norwicen preceden.

Relaxacio Iurisdiccionis Dni Epi Elien.

Richardus &c Venerabili Confri nro Domino Martino eadem providentia Elien Episcopo vestroque vicario in spualibus generali et Officiali principali, Salutem et fraternam in Domino charitatem. Cum nos nuper Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioces vestram Elien predict nre Cantuarien Provincie, tam in capite quam membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen, iure nro metropolitico, visitare statuen et intenden, vre fraternitati inhiberi fecerimus, ne pendente visitacoe nra metropolitica huiusmodi Ecclias aut alia loca ecclica Clerumve aut populum dicte Civitatis et Dioces vre Elien visitare, aut ea que sunt Iurisdiccionis ecclice exercere, seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nre huiusmodi quovismodo attemptare presumatis, sub pena contemptus; Nos nihilominus ex certis causis rationabilibus et legitimis nos in hac parte specialiter moven eandem visitacoem nram metropoliticam nuper inchoatam et auctoritate nra actualiter exercitam, quoad Iurisdiccionem vram Epalem ad presens duximus relaxandam sub modo et forma sequen prout sic relaxamus per presentes. Ut igitur omnem et omnimodam Iurisdiccionem vram spualem et ecclicam in dicta Ecclia Cathedrali ac Civitate et Dioc vra Elien predict libere et licite exercere seu exerceri facere possitis et valeatis (salvis inferius reservatis) licenciam et facultatem vobis concedimus et impertimur per presentes litteris inhibitoriis vobis (ut prefertur) factis in aliquo non obstantibus. Salva tamen et reservata nobis ac vicario nro in spualibus generali, ac Commissariis et ministris nris quibuscumque, potestate et auctoritate examinandi, inquirendi, corrigendi puniendi et reformandi quecumque crimina, excessus et delicta quorumcumque subditorum ecclie Cathedralis Civitatis et Dioc Elien predict in visitacoe nra metropolitica predicta comperta vel detecta, Ac causas quascumque inchoatas et inceptas coram nobis aut vicario nro in spualibus generali vel Commissariis nris aut eorum aliquo examinandi, discutiendi, et fine debito terminandi, necnon colligendi levandi et recipiendi vice et auctoritate nris ac ad usum nrum Procurationes et prestacoes quascumque ac omnia et singula alia emolumenta ecclica, ratione visitacois nre predict nobis et vicario nro in spualibus generali aliisque Officiariis et ministris nris de Iure vel consuetudine debit et solvi consuet (Ceteris presentibus in aliquo non obstan) In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat vicesimo die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo octavo, Et nre Translacionis Anno quarto.

Gloucestren: Visitatio metropolitica Dioces Gloucestren Anno Domini Millesimo sexcentesimo nono.

Inhibicio facta Dno Epo Glouc.

Richardus providen divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Venerabili Confri nro Dno henrico eadem providen Glouc Epo vroque vicario in spualibus generali, Officiali principali sive Commissario cuicumque, Salutem et fraternam in Dno charitatem. Cum nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioces vras Gloucestren in locis exemptis et non exemptis tam in capite quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degen sive residen iure nro metropolitico propediem (annuente Deo) visitare et defectus inibi repertos, correctione et reformatione necessario indigentes corrigere, et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus: Ut igitur visitationem nostram metropoliticam huiusmodi liberius exequi possimus et valeamus; Reverende fraternitati vestre tenore presentium inhibemus, ac per vos omnibus et singulis Officiariis et ministris vestris et aliis personis quibuscunque Jurisdictionem ecclesiasticam authoritate vestra quovismodo exercentibus, cum omni celeritate accommoda sic inhiberi volumus et mandamus, Ne a tempore receptionis presentium, aut executionis sive intimationis earundem vobis factarum, pendente visitatione nostra metropolitica predicta Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum dicte Civitatis et Dioc' vestre Gloucestren' visitetis seu visitari faciatis aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam contentiosam sive voluntariam quoquomodo exerceatis, seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre metropolitice huiusmodi quovismodo attentetis seu attentari faciatis sub pena contemptus et canonice obedientie violationis nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant' antehac prestite, De diebus vero receptionis presentium aut intimationis earundem vobis factarum, nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem aliumve Judicem in hac parte competentem quemcunque cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificetis, prout decet, In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat' in Manerio nostro de Lambehith quinto die mensis Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo nono, Et nostre Translationis Anno quinto.

Inhibitio fact' Decano et Capitulo Glouc'.

Richardus &c. Dilectis nobis in Christo Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Glouc' seu eorum vices gerentibus quibuscunque, Salutem et gratiam. Cum nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioces' Gloucestren' predict' in locis exemptis et non exemptis, tam in capite quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes Jure nostro metropolitico propediem (annuente Deo) visitare, et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessario indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus: Ut igitur visitationem nostram huiusmodi liberius exequi possimus et valeamus, Vobis et vestrum cuilibet tenore presentium inhibemus, et per vos omnibus et singulis Officiariis et ministris vestris et aliis personis quibuscunque Jurisdictionem ecclesiasticam auctoritate vestra quovismodo exercentibus, cum omni celeritate accommoda sic inhiberi volumus et mandamus Ne a tempore receptionis presentium, aut executionis sive intimationis earundem vobis factarum, pendente visitatione nostra metropolitica huiusmodi aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam in aliquibus locis exemptis sive non exemptis vestre Jurisdictioni quovismodo subiectis exercere, seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre metropolitice predict' quovismodo attentare attentarive presumatis seu aliquis vestrum presumat, sub pena Juris, De diebus vero receptionis presentium aut intimationis earundem vobis factarum nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competentem quemcunque, cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificetis prout decet, In cuius rei Testimonium &c. Dat' in Manerio nostro de Lambehith quinto die mensis Maij Anno Domini 1609 Et nostre Translationis Anno quinto.

Inhibitio fact' Archidiacono Glouc'.

Richardus &c. Dilecto nobis in Christo Archidiacono Gloucestren' seu eius Officiali cuicunque, Salutem. Quoniam Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioces' Gloucestren' in locis exemptis et non exemptis tam in capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes iure nostro metropolitico propediem (annuente Deo) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessario indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus: Ut igitur visitationem nostram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus, Tibi tenore presentium inhibemus, ac per te omnibus et singulis aliis personis Jurisdictionem ecclesiasticam infra Archidiaconatum et Jurisdictionem predict' exercentibus sic inhiberi volumus et mandamus, quatenus nec tu nec illi seu eorum aliquis a die receptionis presentium aut executionis sive intimationis earundem tibi factarum, durante visitatione nostra metropolitica huiusmodi Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum eiusdem Archidiaconatus visitare aut ea que sunt Jurisdictionis ecclesiastice exercere, seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre huiusmodi quovismodo attentare presumas seu presumant sub pena contemptus, De diebus vero receptionis presentium aut intimationis earundem tibi factarum nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competentem quemcunque

cum

rum ad hoc congrue fueris requisitus debite certificare non postponas, In cuius rei Testimonium Sigillum
quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nro de Lambehith quinto die
mensis Maij Anno Domini Millimo sexcentesimo nono, Et nre Transl Anno quinto. /

Commissio ad exercend Jurisdictionem ecclesiasticam infra Dioc Glouc pendente visitacione metropolitica ibidem

Richardus etc ad quem omnis et singula Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Epum Glouc spectant et pertinent
ratione visitationis nre metropolitice infra eandem Dioces modo penden notorie dignoscitur pertinere, —
Dilectis nobis in Christo Thome Edwardes et Johi Seaman legum respective doctoribus, Salutem
et gratiam. / Cum nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Glouc nre Cant Provincie in locis
exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive
residen iure nro metropolitico propediem (annuente Deo) visitare et defectus inibi repertos correctione et
reformatione necessario indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponentes et
intenden, Venerabili confratri nro Dno Henrico eadem providen Glouc Epo aliis inhiberi mandaverimus
et fecerimus, ne penden visitatione nra metropolitica huiusmodi Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve
aut populum dicte Dioc visitare, seu visitari facere, aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam contentiosam sive
voluntariam quoquo modo exercere, aut quicquam aliud in preiudicium Visitationis nre metropolitice huiusmodi —
attentare seu attentari facere presumat sub pena contemptus; Ac nihilominus providere volentes
ne lites et discordie inter dilectos nros Regis Subditos antehac mote seu imposterum movende, aliaque negotia
dicte Dioces, ratione inhibitionis nre predicte remorarentur, protrahantur aut plus iusto differantur —
in eorundem subditorum preiudicium et dispendium: Ad cognoscendum igitur procedendum statuendum et —
diffiniendum in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis in dict Civitate et Dioc Gloucestren tam ex officio
mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantias sive promotiones hactenus motis, incho-
atis et intentatis aut imposterum movendis et intentandis (penden visitatione nra metropolitica predict)
causisque et eaque cum suis inciden, emergen, dependen annexis et connexis quibuscunque (citra tamen offensionem
legum et statutorum huius Regni Anglie, et quatenus leges et statuta huiusmodi permittant et non
aliter neque alio modo) audiend, discutiend et fine debito terminand: Testamenta insuper et ultimas
voluntates quorumcunque infra dict Civitatem et Dioces Gloucestren decedentium approband et insi-
nuand: Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam
intestat decedentium ~~Executoribus~~ in huiusmodi Testamentis nominatis et aliis quibus de iure et statutis
huius Regni Anglie committi debeant in debita iuris forma concedend et committend, Ac Compu-
tum, Calculum sive ratiocinium executorum et administratorum huiusmodi recipiend, audiend, exa-
minand et admittend, ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo, calculo sive ratiocinio
in hac parte reddendo (prout iuris fuerit et equitatis) absolvend et finaliter dimittend, Alium
insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte edit qualificatos in premissis et eorum quolibet
loco vro (quoties opus fuerit) substituend, ac ei sive eis vices nras circa premissa in omnibus locis
eiusdem Dioc committend ac substitut huiusmodi vro arbitrio revocand: Et generaliter omnia et singula
alia faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna (excepta potestate privationis quascunque nisi nobis in ea parte primitus consulto) una cum cuiuslibet
congrue et licite coertionis potestate iuxta Constitutiones et canones ecclesiasticos Regia suprema auctoritate
confirmat infligend, Vobis coniunctim et divisim vices nras committimus ad nrum beneplacitum
tantummodo duratur. / Et quoniam nrum est pro officii nri pastoralis debito vigilanter prospi-
cere ut boni fideles et digni operarii in vineam domini mittantur, personalem examinationem
approbationem, admissionem, institutionem et inductionem quorumcunque Clericorum ad quecunque bene-
ficia ecclesiastica dict Civitat et Dioces Glouc durant visitatione nra metropolitica huiusmodi presenta-
torum aut imposterum presentandorum nobis aut vicario nro in spiritualibus generali et Officiali
principali speciali reservamus, presentibus literis nris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content
in contrarium facien non obstan quibuscunque). Volentes insuper quatenus vos et singulos per vos seu
substitutum sive substitutos vros huiusmodi auctoritate vra excommunicatos et in huiusmodi excommunicationibus sua
xl^ta dies et ultra perseveran nobis iuxta iuris exigen significare velitis ut nos ad eorum in ea parte obstina-
ciam reprimend per corporis captionem et carcerali mancipationem Serenissimo Dno nro Jacobo Regi iuxta
Regni sui Anglie leges statuta et laudabiles consuetudines in ea parte debita cum reverentia scribere
valeamus: Et preterea volumus quod de comoditatibus proficuis et emolumentis quibuscunque
ratione Jurisdictionis huiusmodi, durante visitatione nra metropolitica predict provenien-
tibus verum plenum et fidele Computum vicario nro in spiritualibus generali iuste reddatis seu
reddi faciatis: Assumpto vobis coniunctim et divisim et substitute vris huiusmodi, uni vel pluribus
Dilecto nobis in Christo Johanne Coston notario publico officium Registrariatus nri principalis

exercen

London

Registrar' aut cuius in hac parte deputat' seu deputand' in Registrarium et actorum nostrorum scribam, ac
necnon Johannem Gilpyn generosum Apparitorem nostrum generalem vel cuius in hac parte deputatum seu
deputandum in Apparitorem et mandatarium nostrum. In cuius rei &c. Dat' decimo sexto die
mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo nono, Et nostre Transl' Anno quinto.

Comissio ad visitand' Dioc' Glouc'

Gloucester

Richardus &c. ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio &c. ad Episcopatum Glouc' spectant' &c. tempore visitationis
nostre metropolitice &c. dignoscitur pertinere, Venerabili confratri nostro domino Henrico eadem providentia Glouc' Episcopo,
necnon venerabilibus viris   Morton sacre theologie professori decano ecclesie Cathedralis Glouc', Thome
Edwardes et Johanni Seaman legum doctoribus, Samueli Burton Archidiacono Glouc' et Henrico Aisgill
prebendario ecclesie Cathedralis Glouc' predict', Salutem et gratiam. Suscepti cura regiminis nos
impellit, ut vitia extirpando et virtutes plantando, nostri officij debitum, quantum cum deo possumus,
implere nitamur, hinc est quod nos Ecclesiam Cathedralem, ac Civitatem et Dioc' Glouc' nostre Cant'
Provincie tam in capite quam in membris, Clerumque et populum in eisdem degen' sive residen' auctoritate nostra
metropolitica propediem (annuente domino) visitare et defectus inibi repertos, correctione et reformatione necessaria
indigen' corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus; verum
plurimi proficisci comperimus, tenore presentium interdicimus, ne vos aut substituti vestri ullas penas canonicas sive civiles in pecuniarias penas mutare presumatis neque presumant, nec aliam quamcunque penam iniungere presumatis neque presumant quam que de Iure, legibus et statutis huius Regni Anglie ad animarum salutem maxime sit conducibilis idque nisi modo et forma ac sub cautionibus expressis in Constitutionibus regia auctoritate editis, ad quarum Constitutionum observationem in omnibus per vos servandis, vos tenore presentium sub penis in eisdem expressis astringimus, Volentes insuper quatenus omnes et singulos per vos seu Substitutum sive substitutos vestros auctoritate vestra excommunicatos, et in huiusmodi excommunicationibus suis per quadraginta dies et ultra perseverantes, nobis iuxta Iuris exigentiam) significare velitis, ut nos ad eorum in ea parte obstinatias reprimendas, pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo domino nostro Jacobo Regi, iuxta Regni sui Anglie leges, statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edita debita cum reverentia scribere valeamus, Assumpto vobis coniunctim et divisim et substituto sive substitutis vestris huiusmodi uno vel pluribus, Dilecto nobis in Christo Johanni Coston notario publico Officium Registrariatus nostri principalis exercente aut eius deputato seu deputatis in Registrarium et actorum vestrorum in hac parte scribam durante hac nostra Commissione. Mandantes preterea quatenus cessante vacatione predicta et Episcopo in eadem sede consecrato et intronizato de omni eo quod per vos aut substitutum sive substitutos vestros vigore et auctoritate Commissionis nostre huiusmodi actum gestum sive expeditum fuerit nos aut vicarium nostrum in spiritualibus generalem aliumve Iudicem in hac parte competentem quemcunque, per literas vestras patentes sub forma authentica conceptas acta et processus vestros complectentes debite certificetis, Necnon de commoditatibus, proficuis et emolumentis, ratione Iurisdictionis huiusmodi, durante vacatione Sedis predicte provenientibus, verum plenum et fidele Computum sive ratiocinium vicario nostro in spiritualibus generali iuste reddatis seu reddi faciatis. In cuius rei etc. Dat undecimo die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinto, Et nostre Translationis Anno primo.

Vacatio sedis Episcopalis London

London:

per obitum bone memorie Domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi ibidem a Tricesimo die mensis Martii Anno Domini Millesimo sexcentesimo septimo usque ad decimum octavum diem mensis Maii Anno predicto.

Idem dominus Episcopus mortem obiit predicto Tricesimo die Martii in Palatio suo apud London inter horam quartam et sextam post meridiem eiusdem diei.

Certificatorium facti Reverendissimo per decanum et Capitulum ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Richardo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, Vestri humiles et devoti Joannes Overall sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London et eiusdem ecclesie Capitulum, omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitam cum honore. Cum Sedes Episcopalis London per mortem naturalem Reverendi in Christo patris et domini, domini Richardi Vaughan nuper London Episcopi iam vacet et pastoris solatio destituta existat: Nos cuiusdam Compositionis realis inter bone memorie predecessores vestros Cantuarienses Archiepiscopos ex parte una, et Decanum et Capitulum eiusdem ecclesie predecessores nostros, multis retroactis iam annis inite facte, usitate observate, et hactenus inconcusse observate, Confirmatione Ecclesie Christi Cantuariensis corroborate, ex altera parte, vim formam et effectum acceptantes et insequentes, ad exercendum omnem et omnimodam et plenariam Iurisdictionem Episcopalem in Civitate et Diocesi London toto tempore vacationis eiusdem Sedis, Dilectos fratres nostros venerabiles viros magistros Johannem Overall Decanum antedictum, Thomam White et Thomam Mountford sacre theologie professores, dicte ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London maiores Canonicos, Residentiarios et Stagiarios vestre Reverendissime paternitati harum serie nominamus, ut vos unum eorundem sic nominatorum quem ad hoc munus exequendum magis idoneum censebitis, pro vestro sano arbitrio, Officialem, ad Iurisdictionem in Civitate et Diocesi predictis, eiusdem Sedis vacatione durante, exercendum, ac Ius et iustitiam ministrandum, secundum dicte Compositionis tenorem et effectum eligatis, faciatis et constituatis gratiose et cum favore.

Circa

Sicque valeat et vivat vra Reverendissima paternitas ad Provincie vre Cantuarien felix regimen per tempore longevo. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune pntibus apponi fecimus, Dat in Domo nra Capitulari primo die mensis Aprilis Anno Domini Millimo sexcentesimo septimo.

Die Mercurii primo vizt die mensis Aprilis Anno Dni 1607 in superiori Camera infra Manerium Reverendissimi in xpo pris et dni, dni Richardi providen divina Cant Archiepi &c ac coram eo in pntia mei Johannis Coston notarii publici Officium Registrariatus principalis dci Rmi pris exercentis.

Actus sup exhibitione Certif' pred

Quibus die et loco in pomeridiano eiusdem diei comparuerunt personaliter venerabiles viri Johannes Overall sacre theologie professor Decanus ecclie Cathlis Sancti Pauli London, ac Thomas White et Thomas Mountfort sacre theologie professores Canonici maiores ac Residentiarii et Stagiarii dicte ecclie Cathlis Sancti Pauli London et presentarunt dicto Rmo pri Certificatorium tam de et sup morte Rdi pris dni Richardi Vaughan nup London Epi defuncti, quam sup electione et nominatione omnium dictorum venerabilium virorum Johannis Overall, Thome White et Thome Mountfort ad exercend quandam Jurisdictionem Epalem infra Civitatem et Diocesis London, Sede Epali ibm vacan &c. Unde dictus Reverendissimus pr recepto huiusmodi Certificatorio et per me prefatum Johannem Coston de mandato dci Rmi pris publice lecto, et per eundem Rmum prem deliberatione prehabito, prefatum venerabilem virum Johem Overall Decanum &c inter alios in eodem Certificatorio nominat in Officialem ad exercend quandam Jurisdictionem Epalem infra Civitatem et Dioc London, sede Epali ibm vacan elegit et nominavit, ac Commissionem ei desuper fieri decrevit, pntibus tunc et ibm venerabilibus viris Christophero Parkins Milite a libellis supplicum dni nri Regis magistrorum uno, Edwardo Stanhope milite legum doctore, vicario in spualibus generali et Officiali principali dci Rmi pris, Johe Wilson generoso secretariorum dci Rmi pris uno, et Georgio fforman notario publico testibus &c.

Comissio ad exercend Jurisdnem Epalem London Sede vacante.

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Dilecto nobis in Christo Johanni Overall sacre theologie professori Decano et Canonico Residentiario ac Stagiario Ecclesie Cathlis Sancti Pauli London, Salutem et gratiam. Quia sedes Epalis London per obitum bone memorie dni Richardi Vaughan nuper eiusdem sedis Episcopi defuncti iam vacat, et pastore caret, Dilecti nobis in xpo Decanus et Capitulum ipsius ecclie Cathlis &c, et magros Thomam White et Thomam Mountfort sacre theologie professores maiores Canonicos Residentiarios et Stagiarios dce Ecclie Cathlis Sci Pauli London nobis, per lras suas patentes nominarunt humiliter supplicantes quatenus unum ex eisdem nominatis, quem duxerimus eligendum seu acceptand Officialem nrum in et per Civitatem et Dioc London ad exercendum quandam Jurisdictionem Epalem in dictis Civitate et Dioc (ipsius ecclie vacatione durante) iuxta formam Compositionis inter bone memorie dnum Bonifacium quondam Cant Archiepum predecessorem nrum ex una, ac Decanum et Capitulum ecclie Cathlis sancti Pauli London supra dicte ex altera parte, dudum facte inite et observate preficere et constituere dignaremur. Nos de sinceritate, providentia et solertia tuis plurimum freti, personam tuam quam deus optimus maximus nonnullis animi dotibus egregie insignivit, inter alios nobis ad huiusmodi Officialitatis Officium (ut premittitur) nominatos pnt eligimus et nominamus in hac pte, teque Officialem nrum London, ad exercend vice et auctoritate nris quandam et plenariam Jurisdictionem Epalem in Civitate et Dioc London predict (ipsius ecclie vacatione durante) iuxta leges et statuta huius inclyti Regni Anglie edit, ac formam Compositionis predict (quatenus ipsa legibus et statutis huius Regni Anglie non adversatur) preficimus et constituimus per pntes, Tibique firmiter iniungendo mandamus quatenus Officium huiusmodi secundum debitum eiusdem ac pro forma Compositionis predict necnon secundum Juramentum per te in ea parte prestand prudenter et diligenter exerceas seu exerceri facias, Ac nobis seu nro in hac parte deputato de omnibus et singulis obventionibus, proventibus et emolumentis quibuscumque ratione Jurisdictionis sive officii huiusmodi qualitercumque provenien, nobis et ecclie nre xpi Cant de Jure et consuetudine ac Compositione memorata debitis iuste et fideliter respondeas, Ceteraque omnia et singula facias, que tenor et effectus dce Compositionis de se exigunt et requirunt, ad que facienda, exercenda et obeunda, tibi vices nostras cum cuiuslibet censure ecclesiastice potestate committimus per presentes, Reservata nobis prefato Archiepiscopo Cant examinatione et approbatione clericorum quorumcunque ad quecunque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et Diocesis London durante vacatione Sedis predict presentandorum, admittendorum et instituendorum, Assumpto tibi ac tuis Surrogatis vel surrogandis quibuscunque in Registrarium et Actorum vestrorum scribam Dilecto nobis in Christo Johe Coston notario publico Officium Registrariatus nostri principalis exercen, seu eius Deputatis vel deputandis, dicta vacatione durante, (Juribus nostris Archiepalibus Cant, et ecclesie nostre Cathedralis et metropolitice Christi Cant dignitate et honore in omnibus semper salvis et reservatis). Mandando nihilominus quod cessante vacatione Sedis predict et alio Episcopo in eadem consecrato et inthronizato) de omni eo quod per te aut substitutos tuos in hac parte actum, gestum sive expeditum fuerit, nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive Officialem principalem per literas tuas patentes sub forma authentica conceptas certiores facere cures prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat primo die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo sexcentesimo septimo, Et nostre Translationis Anno tertio.

Actus sup acceptacione Commissionis predict.

Die Jovis secundo viz die mensis Aprilis Anno Domini 1607 in superiori Camera infra edes venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis sancti Pauli London etc ac coram eo in presentia mei Johis Coston notarii publici officium Registrarii principalis Sedis Archiepalis Cant exercentis Constitutus personaliter Edwardus Stanhope miles legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi Cant Archiepi etc Vicarius in spiritualibus generalis etc presentavit eidem magistro Johanni Overall literas Commissionales prefati Reverendissimi patris Cant Archiepi de Officio Officialitatis in et per Civitatem et Dioc London Sede Episcopali ibm vacante eidem magistro Johanni Overall Decano factas, et sigillo dicti Reverendissimi patris (quo in similibus utitur) sigillat, et humiliter rogavit, quatenus onus executionis dicte Commissionis in se acceptare dignaretur; Quibus literis per eundem virum Johem Overall inspectis et publice lectis, Idem magister Johannes Overall Decanus etc ob honorem et reverentiam eiusdem Reverendissimi patris committentis, assumpsit in se onus executionis dictarum literarum Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum earundem, quatenus non adversantur Juribus et consuetudinibus ecclesie Cathedralis sancti Pauli London predict, quoad exercitium Officii et Jurisdictionis predict, Assumpto me prefato Johe Coston notario publico in eisdem literis Commissionalibus nominato, aut Deputato meo quocunque, vel deputandis meis quibuscunque etc Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Thoma White et Thoma Mountford sacre theologie professoribus Canonicis maioribus ac Residentiariis et Stagiariis dicte ecclesie Cathedralis sancti Pauli London, prefato Edwardo Stanhope milite legum doctore etc ac Georgio fforman notario publico testibus etc.

Juramentum domini Officialis fact Reverendissimo.

In dei nomine Amen: Ego Johannes Overall sacre theologie professor Decanus ac Canonicus Residentiarius et Stagiarius ecclesie Cathedralis sancti Pauli London, ac in Civitate et Dioc London (Sede Episcopali ibm per mortem Reverendi patris domini Richardi Vaughan ultimi Episcopi et pastoris eiusdem defuncti, vacante) per Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Richardum providentia divina Cantuarien Archiepiscopum totius Anglie Primatem et Metropolitanum, Officialis sufficienter et legitime deputatus, tactis per me Scripturis sacrosanctis, iuro, Quod Officium Officialitatis predict mihi commissum legaliter et fideliter exercebo, et quod Clericos et laicos Civitatis et Dioc London predict per malitiam seu iniuriam non contentiam, vel in rebus aut personis iniuste gravabo scienter, nec indebite molestabo, imo ab extortionibus, oppressionibus et illicitis exactionibus abstinebo, Et prefato Reverendissimo patri, seu eius in hac parte deputato, de obventionibus proventibus et emolumentis quibuscunque ratione Jurisdictionis seu officii predicti provenien, iuxta formam compositionis in hac parte edite fideliter respondebo, Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei Evangelia, Et predicta omnia et singula confirmando eis manum meam propria subscribo.

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum virum Johem Overall Decanum etc coram venerabili viro Edwardo Stanhope legum doctore milite Vicario in spiritualibus generali etc Reverendissimi in Christo patris et domini Richardi Cant Archiepi etc in Camera superiori infra edes eiusdem domini Decani etc in presentia mei Johannis Coston notarii publici Officium Registrarii principalis dicti Reverendissimi patris exercen, die Jovis secundo viz die mensis Aprilis Anno Domini 1607. Et tunc et ibm dictus magister Johes Overall primo Iuramentum prestitit tactis per eum scripturis sacrosanctis tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, quam de renunciando recusando et refutando omni et omnimode potestati &c iuxta formam statuti &c presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Thoma White et Thoma Mountfort sacre theologie professoribus Canonicis maioribus et residentiarijs ac Stagiarijs ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, prefato Edwardo Stanhope Milite, et Georgio fforman notario publico testibus &c

Iuramentum dni Offi fact' Decano et Capitulo London.

Die Veneris tertio viz die mensis Aprilis Anno Domini 1607. in edibus venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London et coram Decano et Capitulo eiusdem ecclesie, Comparuit personaliter prefatus venerabilis vir Johannes Overall Decanus et Canonicus residentiarius ac Stagiarius ecclesie predicte, et intuitu Commissionis Reverendissimi patris domini Richardi Cant' Archiepiscopi eidem magistro Johanni Overall fact' ad exercendum omnem et omnimodam Iurisdictionem Episcopalem nomine predicti Reverendissimi patris in Civitate et Diocesi London durante vacatione eiusdem sedis, Idem magister Johannes Overall Officialis nominatus in dicta Commissione iuravit ad sancta Dei Evangelia per eum tunc et ibidem corporaliter tacta, quod libertates et consuetudines ecclesie Londoniensis pro posse suo in omnibus Officium suum et Iurisdictionem concernentibus conservabit illesas, et quod in executione et exercitio Iurisdictionis sue fideliter se habebit &c prout in dicta Commissione plenius continetur

Comissio fca dno Edw: Stanhope.

Johannes Overall sacre theologie professor, Decanus, ac Canonicus residentiarius et Stagiarius ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, necnon Officialis Civitatis et Diocesis London (Sede Episcopali ibidem vacante) sufficienter et legitime constitutus, Dilecto nobis in Christo ac venerabili viro, Domino Edwardo Stanhope militi legum doctori, Salutem in Domino sempiternam, Cum Reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Richardus providentia divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, ad quem omnis et omnimoda Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum London sede plena pertinuit, ipsa sede iam vacante notorie dignoscitur pertinere, Nos (licet indignum) Officialem suum ad exercendum omnem et omnimodam Iurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam in et per Civitatem et Diocesin London, durante vacatione sedis Episcopalis ibidem nominaverit, elegerit et constituerit: Quia nos in presenti nonnullis et varijs alijs negotijs ita sumus prepediti, et ad aliquot adhuc futuros dies de verisimili sumus implicati et remorati, quod Iurisdictionem nobis creditam et mandatam potestatem et Provinciam in persona nostra propria exequi non valeamus, Cupientesque iusticiam ex equo ministrari, ac iniunctum nobis onus fideliter et sincere exequi et perimpleri, Tibi de cuius singulari prudentia, sana doctrina iurisdicendi probitate et in rebus probe gerendis dexteritate plurimum confidimus hanc Provinciam in causis subsequentibus et inferius specificatis duximus committendam: Ad cognoscendum igitur et procedendum in omnibus et singulis causis negotijs litibus et querelis in Curia Consistoriali London tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quorumcunque partium instantias sive promotiones, hactenus motis, inchoatis et intentatis ac in Curia Consistoriali London pendentibus indecisis, vel imposterum durante vacatione sedis predicte movendis et intentandis, Causisque et eorum cuiuslibet incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis et connexis quibuscunque, citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Anglie et quatenus leges et Statuta huiusmodi permittant, et non aliter neque alio modo, audiendum, discutiendum et fine debito terminandum, Contumaces autem et rebelles cuiuscunque status sive conditionis fuerint (si quos inveneris) per censuras ecclesiasticas compescendum, Testamenta quoque quorumcunque defunctorum infra Civitatem et Diocesin London decedentium, quorum approbatio et insinuatio ad Episcopum London vel eius Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem (sede plena) pertinuit, approbandum et insinuandum, Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum executoribus in eisdem Testamentis nominatis committendum, Ac administrationes et sequestrationes bonorum quorumcunque ab intestato sive per viam intestati decedentium, personis quibus de Iure et statutis huius Regni Anglie fuerint committende, faciendum et committendum, ac Compotum, Calculum sive ratiocinium Administratorum, sequestratorum et administratorum huiusmodi recipiendum, audiendum, examinandum et dimittendum, Ac computantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo sive ratiocinio in hac parte reddendo, (prout iuris fuerit et equitatis) absolvendum et finaliter dimittendum, Alium insuper seu alios in premissis, seu eorum aliquo loco tuo (quotiens opus fuerit) substituendum, ac ei sive eis vices vestras circa premissa (quoties videbitur expediens) committendum, ac Substitutum sive Substitutos huiusmodi ad tuum beneplacitum revocandum, Et generaliter omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Tibi committimus vices nostras tum cuiuslibet congrue et legitime coercionis potestate, Assumpto tibi et substituto sive substitutis tuis huiusmodi uno vel pluribus Dilecto nobis in Christo Johanne Exton notario publico Officium Registrariatus principalis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Richardi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani predicti exercente vel cuius in hac parte deputato aut deputandis in Registrarium et actorum tuorum scribam seu scribas in hac parte durante hac nostra Commissione). Salvis et reservatis nobis admissione et institucione quorumcunque Clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dicte Civitatis et Diocesis London, necnon cognitione et decisione quarumcunque causarum et negotiorum, quotiens nobis placuerit et visum fuerit expedire, durante vacatione sedis predicte presentibus literis Commissionalibus aut contentis in eisdem in aliquo non obstante. In cuius rei Testimonium Sigillum officii nostri huiusmodi (quo utimur in hac parte) presentibus apponi fecimus, Dat tertio die mensis Aprilis Anno Domini 1607.

Die Veneris tertio viz. die mensis Aprilis Anno Domini 1607 in superiori Camera infra edes venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ecclesie Cathedralis sancti Pauli London, necnon Officialis Civitatis et Diocesis London sede Episcopali ibidem iam vacante per Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Richardum providentia divina Cantuariensem Archiepiscopum totius Anglie Primatem et Metropolitanum sufficienter et legitime constituti, in presentia mei Johannis Drake notarii publici &c.

Quibus die et loco constitutus personaliter prefatus venerabilis vir Johannes Overall &c ex certis causis rationabilibus et legitimis eum et animum suum ut asseruit in hac parte iuste moventibus, substituit et loco suo surrogavit venerabiles viros dominum Edwardum Stanhope militem legum doctorem et Willelmum fferrand legum etiam doctorem coniunctim et divisim vice et nomine dicti venerabilis viri ad admittendum, instituendum et induci mandandum quoscunque Clericos per Reverendissimum in Christo patrem dominum Cantuariensem Archiepiscopum prius approbandos ad quecunque beneficia infra Civitatem et Diocesim London predictam vacantia seu vacatura legitime presentatos vel presentandos &c Ceteraque omnia et singula alia faciendum exercendum et expediendum que in premissis vel circa ea necessaria fuerint et que ipsemet venerabilis vir vigore Commissionis sibi per prefatum Reverendissimum patrem in hac parte facte, facere seu exercere potest &c et promisit de rato &c.

Die Veneris tertio viz. die mensis Aprilis Anno Domini 1607. In edibus venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ac Canonici residentiarii et Stagiarii ecclesie Cathedralis sancti Pauli London, necnon Officialis Civitatis et Diocesis London Sede Episcopali ibidem vacante, sufficienter et legitime constituti, ac coram eodem venerabili viro Officiali &c in presentia mei Johannis Exton notarii publici Officium Registrariatus principalis Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cantuariensis Archiepiscopi &c exercentis, Comparuit personaliter venerabilis vir dominus Edwardus Stanhope miles legum doctor cui prefatus venerabilis vir Johannes Overall tradidit literas Commissionales sigillo officii sui sigillatas tenoris sequentis viz. Johannes Overall &c Ac tunc et ibidem dictus dominus Edwardus Stanhope sponte, tactis per eum scripturis sacrosanctis, iuravit de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omnimode forinsece iurisdictioni &c iuxta formam statuti &c quodque Officium sibi commissum legaliter et fideliter exercebit, et quod Clericos et laicos iurisdictionis sibi commisse per maliciam seu iniuriam non conveniet, vel in rebus aut expensis iniuste gravabit scienter, nec indebite molestabit, imo ab extortionibus oppressionibus et illicitis exactionibus abstinebit, et prefato venerabili viro Johanni Overall Officiali seu cuius in hac parte deputato de obventionibus proventibus et emolumentis quibuscunque, ratione iurisdictionis seu officii sibi commissi provenien fideliter respondebit.

Die Veneris tertio viz. die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septimo in superiori Camera infra edes venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ac Canonici residentiarii et Stagiarii ecclesie Cathedralis sancti Pauli London, necnon

Officialis Civitatis et Diocesis London (sede Episcopali ibm vacante) prope eandem Ecclesiam Cathem, Idem venerabilis vir Officialis auditus, in pntia Thome White et Thome Mountfort sacre theologie professor Canonicorum maiorum ac Residentiariorum et Stagiariorum eiusdem ecclie, necnon mei Johannis Coston notarij publici Officium Registrariatus principalis Reverendissimi in xpo patris dni Ric Cant Archiepi &c exercentis, obtulit venerabili viro dno Edwardo Stanhope militi legum doctori tunc et ibm personaliter presenti Commissionem suam ad procedendum in omnibus et singulis causis motis seu movendis in Curia Cons London, duran vacatione predca, ac ad cetera negotia &c expedienda que in dca Commissione continentur, cum Clausula in eadem Commissione inserta sequen, Saluis et reservatis nobis cognitione et decisione quarumcunque causarum et negotiorum, quoties nobis placuerit et visum fuerit expedire, durante vacacone sedis predict, lris Commissionalibus aut contentis in eisdem in aliquo non obstan: Cuius Commissionis acceptationi, ac oneri executionis eiusdem dcus dnus Edwardus Stanhope obiectam clausulam predcam renunciavit; Unde dcus magr Johannes Overall Decanus Officialis &c denuo obtulit et requisivit dcum dnum Edwardum &c Stanhope, quatenus executionem dce Commissionis in se acceptaret, Ac dcus magr Johannes Overall Decanus Officialis &c de et cum consensu prefatorum virorum Thome White et Thome Mountfort ad hoc requisit, cogitans eum saepe abesse oportet ob alia urgentia negotia, protestatus est et promisit se durante executione dce Commissionis per prefatum dnum Edwardum Stanhope, nunquam uti velle aliquo beneficio dce Clausule vel alicuius content in dca Clausula: Unde dcus dnus Edwardus Stanhope acceptavit hmoi promissionem dci dni Officialis, ac in verbo et fide eius in premissis (inspectis et consideratis dcis lris Commissionalibus) cum omni reverentia onus executionis dce Commissionis in se acceptavit et decrevit procedendum fore iuxta vim, formam et effectum earundem, salvo beneficio sibi competen in premissis Commissionem predictam (ut asseruit) tangen, Et decrevit me prefatum Johannem Coston notarium publicum aut deputatum meum seu per me deputandum assumendum fore in actorum scribam iuxta vim formam et effectum Commissionis pred pntibus etiam tunc et ibm Willmo Blackwell notario publico Sedis Episcopalis London (sede plena) Registrario, Silvestro Hulett notario publico Clico Capitulari London Georgio ffarmer et Thoma Pell notarijs publicis testibus &c Hijs expeditis prefatus dnus Decanus Offlis tradidit eidem dno Edwardo Stanhope Sigillum Officialitatis London, quo utebatur sede Episcopali London vacante, Et dcus dnus Edwardus Stanhope tradidit ad manus eiusdem dni Officialis Sigillum vicariatus in spualibus generalis dni Epi London et Sigillum Officialis Curie Cons London quibus utebantur sede Episcopali London plena simul in bursa imposita et inclusa, quam bursam dcus Officialis cum sigillo suo ad arma in cera rubea consignavit &c

Die Veneris tertio vizt die mensis Aprilis Anno Domini 1607 in superiori Camera infra edes venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ac Canonici Residentiarij et Stagiarij Ecclie Cathis Sancti Pauli London, necnon Civit et Dioc London (sede Episcopali London vacan) Officialis, iuxta eandem Ecclesiam Cathem situatis, in pntia mei Johannis Drake notarij publici &c

Quibus die et loco dcus venerabilis vir Johannes Overall Officialis antedcus ex certis causis eum et eius animum (ut asseruit) spialiter moven, substituit magros Willimum ffarrand et Johannem Pope legum doctores conjunctim et divisim ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis, negotijs, litibus et querelis in Curia Commissariatus London, vocat Paules Chayne Office tam ex officio mero mixto vel promoto, quam ad quarumcunque partium instantias sive promotiones motis, inchoatis et intentatis, ac in dca Curia penden indecisis, vel imposterum durante vacatione sedis predict movendis et intentandis, Ipsasque et ea cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis et connexis quibuscunque (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Anglie) fine debito terminand et Testamenta quoque quorumcunque defunctorum infra Civitatem London ac Decanat Midd et Barkinge London Dioc et Jurisd decedentium, quorum approbatio et insinuatio ad Commissariatum Epi London sede plena pertinet approband et insinuand, Administrationesque bonorum hmoi defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam intestat decedentium executoribus in hmoi testamentis nominatis, et alijs, quibus de iure et statutis huius Regni Anglie committi debeant, in debita iuris forma concedend et committend &c

Ceteraque omnia et singula alia faciendum, exercendum et expediendum, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna &c Assumpto etiam consilio et dilecto Johanne Colton notario actorum Registrarii principalis Reverendissimi in Christo patris domini Richardi Cantuariensis Archiepiscopi &c vel eius in hac parte deputati seu deputandi in Registrarium et actorum suorum scribam seu scribas durante hac substitutione &c /

Eisdem die Anno et loco prefatus dominus Officialis substituit magistrum Johannem Cowell legum doctorem ad cognoscendum et procedendum in omnibus causis et negotiis in Comitatu de Storford et Braintree London Diocesis et Jurisdictionis motis et movendis &c prout in substitutione precedenti continetur &c /

Die Mercurii decimo quinto vizt die mensis Aprilis Anno Domini 1607 in quodam deambulatorio prope superiorem Cameram infra edes venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani &c ac Officialis &c dictus venerabilis vir substituit magistros Johannem Cowell legum doctorem ac Thomam Withers et Corbett sacre theologie professores necnon coniunctim et divisim ad procedendum in omnibus causis et negotiis in Comitatu de Stortford et Braintree London Diocesis et Jurisdictionis et movendis &c in omnibus (mutatis mutandis) prout in Substitutione precedenti continetur.

Die Veneris decimo septimo vizt die mensis Aprilis Anno Domini 1607 infra edes venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani &c Officialis &c dictus venerabilis vir substituit magistrum Thomam Ridley legum doctorem ad procedendum in omnibus causis et negotiis &c in Curia Commissariatus London vocata Paules Chayne Office, tam ex officio mero &c motis et movendis &c prout in substitutione precedenti iuxta prefatis magistris Willelmo fferrand et Johanni Pope legum doctoribus plenius continetur. /

Wileigh Rectorie
Institutio

Quarto die mensis Aprilis Anno Domini 1607 coram venerabili viro domino Edwardo Stanhope milite legum doctore surrogato venerabilis viri Johannis Overall sacre theologie professoris Decani ac Canonici Residentiarii et Stagiarii ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, necnon Officialis Civitatis et Diocesis London (sede Episcopali ibidem iam vacante) per Reverendissimum in Christo patrem dominum Richardum Cantuariensem Archiepiscopum &c legitime deputati in Camera dicti domini Edwardi Stanhope infra hospitium Advocatorum de Arcubus London &c in presentia mei Johannis Drake notarii publici &c Constitutus personaliter Jacobus Parkinson presbiter in artibus magister ad Rectoriam ecclesie parochialis de Wileigh in Comitatu Essex London Diocesis Cantuariensis Provincie legitime presentatus, Articulis de quibus in Synodo London &c consensum est Anno Domini iuxta &c 1562do et tribus illis Articulis descriptis in Tricesimo sexto Capitulo libri Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum Anno Domini 1604 regia authoritate editorum et promulgatorum &c manu sua propria respective subscripsit, et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus, ac de renunciando omni et quamcumque forensi Jurisdictioni &c iuxta formam statuti &c necnon de legitima et canonica obedientia prefato Reverendissimo in Christo patri domino Archiepiscopo Cantuariensi et successoribus suis ac loci Ordinario pro tempore existenti &c quibus de Symonia non commissa aut perpetrata pro vel de procuratione sive acquisitione Rectorie de Wileigh predicte iuxta Canonem in ea parte editum &c prefatus dominus Edwardus Stanhope admisit eundem Jacobum Parkinson ad dictam Rectoriam de Wileigh (per promotionem venerabilis viri Johannis Todd ultimi Incumbentis ibidem ad Episcopatum Doune et Connor in Regno Hibernie (ut dicitur) vacantem), ad quam per Serenissimum in Christo principem et dominum nostrum dominum Jacobum Dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Regem fidei defensorem &c ipsius Rectorie verum et indubitatum Jure prerogative Corone sue Regie hac vice (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit, ipsumque Rectorem eiusdem &c in et de eadem instituit canonice et investivit cum suis iuribus, membris et pertinentiis universis, Curamque et regimen animarum parochianorum ibidem ei in domino commisit, Juribus Archiepiscopalibus Cantuariensis et Episcopalibus London, necnon ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis, et ecclesie Cathedralis sancti Pauli London dictis dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis, postea vizt xxiiiito die mensis Aprilis Anno Domini predicto, scripta fuit universis et singulis Rectoribus vicariis &c ad inducendum eundem Jacobum Parkinson &c.

Glouceſtren:

Vacatio ſedis Ep̃alis Glouceſtren:

per tranſlationem Reverendi in χρο patris domini Thome Ravis vltimi Epi
ibm ad Sedem Ep̃alem London a decimo octavo die Maij Anno domini
Milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo. &c.

Comiſſio ad exercend Jurisdiccionem eccliam infra Civitatem et Dioc Glouceſtren.

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus
ad quem omnis et omoda Jurisdictio ſpualis et eccliaſtica quae ad Epum Glouceſtren ſede plena ptinuit
Ipſa ſede jam vacante notorie dignoſcitur pertinere, Dilectis nobis in χρο Thome Edwardo et Johi
Seaman legum reſpective doctoribus, Salutem et gratiam. Cum omnis et omoda Jurisdictio
ſpualis et eccliaſtica quae ad Epum Glouc qui pro tempore fuerit) ecclie nre Cathlis et metropoliticae
χρi Cant Suffraganeum (ſede Ep̃ali Glouceſtren plena) ſpectabat, Ipſiuſque Jurisdiccionis exercitium
ad nos ipſa Ep̃ali per Tranſlationem Reverendi in χρο patris dni Thome Ravis vltimi Epi et
paſtoris ibm, ad Sedem Ep̃alem London iam vacan) dicte ecclie nre Cathlis et Metropoliticae
χρi Cant noie, de iure quoque prerogativa et conſuetudine hactenus inconcuſſe vſitat et
obſervat, legitimeque preſcript pacifice et quiete pertinere dinoſcuntur: Nos de vris ſana
doctrina fidelitate, conſcientiae puritate, et circumſpectionis induſtria in hac parte plurimum
freti, vos vice, noie et authoritate nris, quatenus de Jure poſſumus, Comiſſarios nros in et per
Civitatem et Dioc Glouceſtren predict conjunctim et diviſim prefitimus, conſtituimus et deputamus,
Vobiſque conjunctim et diviſim vices nras ad infraſcripta comittimus per preſentes: Ad cognoſcendum
procedendum, ſtatuendum et diffiniendum in omnibus et ſingulis cauſis et negotiis ecclie quibuſcunque
in dict Civitate et Dioc Glouceſtren tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad
quarumcumque partium inſtancias ſive promociones hactenus motis inchoatis et intentat aut
impoſterum movendis et intentandis, Eaſque et ea cum ſuis incidentibus, emergentibus dependentibus annexis
et connexis quibuſcunque, citra tamen offenſam legum et ſtatutorum huius Regni Angliae, et
quatenus leges et Statuta huiusmodi permittant et non aliter neque alio modo) audiendum, diſcu-
tiendum et fine debito terminandum, necnon ad inquirendum ſeu inquiſitionem faciendum de et ſuper quorumcumque
ſubditorum tam Clericorum quam Laicorum Civitatis et Dioc Glouceſtren predict criminibus
exceſſibus et delictis quibuſcumque hactenus comiſſis aut impoſterum comittendis, quorum
cognitio correctio et punitio ad nos et forum eccliaſticum de Jure vel conſuetudine aut huius
Regni Angliae legibus et ſtatutis citra tamen offenſam legum et ſtatutorum dicti Regni
Angliae) poterint pertinere: Ac criminoſos, culpabiles et delinquentes quoſcunque in ea parte
tam Clericos quam Laicos condignis penis etiam vſque ad beneficiorum, dignitatum et Officiorum
ſuorum privationem (ſi fri atrocitas ita popoſcerit) fructuumque redditium et proventuum
Eccliarum et locorum quibus preſunt) ſequeſtrationem, vel quamcunque aliam congruam et
competentem coertionem (excepta pecuniaria pena) incluſive puniendum et corrigendum, Atque ad
probatiores vivendi mores modis omnibus, quibus id melius poteritis, reducendum, Teſta-
menta inſuper et vltimas voluntates quorumcumque infra dict Civitatem et Dioc Glouc
decedentium, quorum probatio et approbatio ad Epum Glouc ſede plena ptinuit, approbandum
et inſinuandum, Adminiſtrationeſque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab inteſtato ſive per viam
inteſtat etiam decedentium Executoribus in huiusmodi Teſtamentis nominatis et aliis perſonis, quibus de
Jure et ſtatutis huius Regni Angliae comitti debeant, in debita iuris forma concedendum et comittendum
Ac Computum calculum ſive ratiocinium executorum et adminiſtratorum huiusmodi recipiendum audiendum
examinandum et admittendum, Ac Computantes huiusmodi ab omni vlteriori Computo calculo ſive
ratiocinio in hac parte reddendo (prout iuris fuerit et equitatis) abſolvendum et finaliter
dimittendum, Necnon Clericorum et beneficiatorum quorumcumque infra dict Civitatem et Dioceſ
Glouceſtren tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis, Lras et munimenta quecumque
exigendum et recipiendum, eaſque et ea diligenter examinandum et diſcutiendum, et ſi quos non ſuffi-
cienter munitos in ea parte compereritis, ab officiis et beneficiis huiusmodi dimittendum, et ſic
pro non munitis pronunciandum et declarandum, Synodoſque et Capitula Cleri et populi huiusmodi
pro executione premiſſorum aut reformacione quarumque habenda convocandum et celebrandum, eaque
fine debito terminandum et dimittendum, ac contumaciter abſentes per vltima Juris remedia coercendum
et puniendum, Clericos inſuper quoſcunque coram quibuſcunque Judicibus ſive Juſticiariis
ſecularibus domini nri Regis ſuper felonia quacunque infra dict Civitatem et Dioc Glouc
impetitos, indictatos ſive convictos examinandum et approbandum, eoſque ad beneficium Clericale
iuxta leges et ſtatuta huius Regni Angliae recipi et admitti petendum et requirendum, omnemque

et omodam

commmodam Jurisdictionem et possessionem dicte sedis Archiepalis Cant' continuand, et Ecclie nre Cathis et Metropoliticę Xpi Cant' predict nomine conservand, Alium insuper seu alios iuxta Canones in ea parte edit qualificat, in premissis seu eorum aliquo, loco vro aut alterius vrum quoties opus fuerit substituend, ac ei sive eis vices vras circa premissa in omnibus locis eiusdem Civitatis et Diocesis Gloucestren committendum, ac substitutum sive substitutos huiusmodi ad vrum arbitrium revocand, Et generaliter omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premiss aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Vobis coniunctim et divisim vices nras committimus cum cuiuslibet congrue et lītime coercionis potestate, ad nrum beneplacitum tantummodo duratur. Et quoniam nrum est pro officii nri pastoralis debito vigilanter prospicere, vt boni, fideles, digni et idonei operarii in Vineam Domini mittantur, Collationes quorumcunque beneficiorum dict Civitatis et Dioc Gloucestren vacan et vacatur, necnon personalem examinationem approbationem, admissionem, institutionem et inductionem quorumcunque Clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dict Civitatis et Diocesis Glouc durante vacatione sedis Epalis Glouc predict presentatorum et imposterum presentandorum, nobis et vicario nro in spualibus generali et Officiali principali specialiter reservamus, presentibus lris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium facien non obstan. Et quoniam experientia quotidiana docente, ex publicarum penitentiarum in pecuniarias mulctas mutatione scandala et incommoda plurima proficisci comperimus, tenore presentium interdicimus, ut vos aut substituti vri vllas penitentias canonicas seu ecclesiasticas in pecuniarias penas mutare presumatis neque presumant, nec aliam quamcunque penam iniungere presumatis quam que de Jure, legibus et statutis huius Regni Anglię ad animarum salutem maxime sit conducibilis, nisi modo et forma ac sub Sanctionibus expressis in Constitutionibus regia authoritate nuper editis, ad quarum Constitutionum observationem in omnibus per vos observandis, vos tenore presentium sub penis in eisdem expressis astringimus. Volentes insuper quatenus omnes et singulos per vos seu substitutum sive substitutos vros authoritate nra excommunicatos et in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et vltra perseverantes, nobis iuxta Juris exigentiam significare velitis, vt nos ad eorum in ea parte obstinatias reprimend, pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione, Serenissimo dno nro Jacobo Regi iuxta Regni sui Anglię leges, statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit, debita cum reverentia scribere valeamus. Assumpto vobis coniunctim et divisim et substitut vris huiusmodi vni vel pluribus Dilecto nobis in Xpo Johanne Coston notario publico, Officium Registrariatus nri principalis exercen, aut eius in hac parte deputat seu deputand in Registrarium et actorum vrorum in hac parte scribam, durante hac nra Commissione. Mandantes preterea, quod cessante vacatione predca, et Episcopo in eadem sede consecrato et inthronizato de omni eo quod per vos seu substitutum sive substitutos vros vigore et authoritate Commissionis nostre huiusmodi actum, gestum sive expeditum fuerit, nos aut Vicarium nrum in spualibus generalem aliumve Judicem in hac parte competen quemcunque per lras vras patentes, sub forma authentica conceptas, acta et processus vros complecten debite certificetis, Necnon de commoditatibus, proficuis et emolumentis ratione Jurisdnis huiusmodi, durante vacatione sedis predce provenien, verum, plenum et fidele Computum sive ratiocinium Vicario nro in spualibus generali iuste reddatis seu reddi faciatis. In cuius rei Testimonium Sigillum quo in hac parte vtimur presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo primo die mensis Maij Anno Dni Millesimo sexcentesimo septimo, Et nre Translationis Anno tertio. R.

Bathon: et Wellen:

Vacatio sedis Epalis Bathon et Wellen

per obitum bone memorie Dni Johannis Still vltimi Episcopi ibm a vicesimo nono die mensis ffebruarij Anno Domini iuxta Computacionem ecclie Anglicane Millimo sexcentesimo septimo. E.

Comissio ad exercend Jurisdcnem ecclicam infra Dioc Bathon et Wellen

Richardus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Anglię Primas et Metropolitanus, ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclica que ad Epum Bathon et Wellen sede plena pertinuit ipsa sede iam vacan, notorie dinoscitur pertinere, Dilecto nobis in Xpo ffrancisco James legum doctori, Salutem et gratiam. Cum omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclica

que ad Epum Bathon et Wellen (qui pro tempore fuerit) ecclie nre Cathlis et Metropolitice Xpi Cant
Suffraganeum (sede Epali Bathon et Wellen plena) spectabat, ipsiusq Jurisdictionis exercitium ad nos (ipsa
sede Epali per obitum bone memorie Dni Johis Styll ultimi Epi ibm iam vacan) dicteq ecclie nre
Cathlis et Metropolitice Xpi Cant nore de iure quoq prerogativa et consuetudine hactenus
inconcusse usitat et observat legitimeq prescript pacifice et quiete pertinere dinoscuntur, Nos de
tua sana doctrina, fidelitate, conscientie puritate et circumspectionis industria in hac parte plurimum
freti, Te vice, nomine et authoritate nris, quatenus de Jure possumus, Comissarium nrum in et per
Civitat et Dioc Bathon et Wellen preficimus, constituimus et deputamus, Tibiq vices nras
ad infra scripta comittimus per presentes, Ad cognoscendum igitur procedendum statuendum et diffi-
niendum in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis quibuscumq in dict Civitat et
Dioc Bathon et Wellen tam ex officio mero mixto vel promoto, quam ad quarumcumq partium
instantias sive promotiones hactenus motis, inchoatis et intentatis aut imposterum movendis et
intentandis, causisq et eas cum suis inciden, emergen, dependen, annex et connexis quibuscumq (citra
tamen offensam legum et statutorum huius Regni Anglie, et quatenus leges et statuta huiusmodi
permittant et non aliter neq alio modo) audiend, discutiend et fine debito terminand, Necnon ad
inquirendum seu inquiri faciendum de et super quorumcumq subditorum tam Clericorum quam laicorum Civitat et
Dioces Bathon et Wellen predict criminibus excessibus et delictis quibuscumq hactenus comissis aut
imposterum comittendis quorum cognitio, correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Jure vel
consuetudine aut huius Regni Anglie legibus et statutis citra tamen offensam legum et statu-
torum dicti Regni Anglie poterint pertinere, Ac criminosos culpabiles et delinquentes quoscumq in
ea parte tam Clericos quam laicos condignis penis etiam usq ad beneficiorum, dignitatum et officiorum
suorum privationem, iuxta tamen Cxxijum Canonem libri Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum
Anno Domini 1604 regia authoritate edit et promulgat (si sic atrocitas ita poposcerit)
fructuumq redituum et proventuum ecclesiarum et locorum quibus presunt) sequestrationem
vel quamcumq aliam congruam et competen correctionem excepta pecuniaria pena) inclusive
puniend et coercend atq ad probationes vivendi mores modis omnibus quibus id melius
poteris, reducendum: Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcumq infra dict Civitat
et Dioc Bathon et Wellen decedent quorum probatio et approbatio ad Epum Bathon et Wellen
(sede plena) pertinent probandum et approbandum Administrationesq bonorum huiusmodi defunctorum
et aliorum ab intestat sive per viam intestat decedent executoribus in huiusmodi Testamentis
nominatis et aliis personis, quibus de Jure et statutis huius Regni Anglie comitti debeant
debita iuris forma concedend et comittendum, Ac Computum, Calculum sive ratiocinium
executorum et administratorum huiusmodi recipiend, audiend, examinand et admittend, Ac Compu-
tantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo sive ratiocinio in hac parte reddendo prout iuris fuerit
et equitat) absolvend et finaliter dimittend, Necnon Clericorum et beneficiatorum quorumcumq
infra dict Civitat et Dioces Bathon et Wellen tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis
literas et munimenta quecumq exigend et exigi faciend, easq et ea diligenter examinand et discutiend
et si quos non sufficienter munitos in ea parte compererit ab officiis et beneficiis huiusmodi iuxta
Canonem predictum dimittendum, et sic pro non munitis pronunciandum et declarandum Synodosq et
Capitula Cleri et populi huiusmodi pro executione premissorum aut reformacione quarumcumq habenda
convocand et celebrand, necnon fine debito terminand et dimittend, ac contumaciter
absentes per legitima iuris remedia coercendum et puniendum, Clericos insuper quoscumq coram
quibuscumq Judicibus sive Justiciariis secularibus Dni nri Regis sup felonia quacumq infra
dict Civitat et Dioces Bathon et Wellen impetitos, indictatos sive convictos et impetitand
indictand sive convincend, recipiend, examinand et approband eosq ad beneficium clericale
iuxta leges et statuta huius Regni Anglie recipi et admitti petend et requirend, omnemq et
omnimodam Jurisdictionem et possessionem dicte Sedis Epalis Cant continuand et ecclie
nre Cathlis et Metropolitice Xpi Cant predict nomine conservand, Alium insuper seu
alios iuxta Canonem in ea parte edit qualificat, in premissis, seu eorum aliquo loco tuo
(quoties opus fuerit) substituend, ac ei sive eis vices nras circa premissa in omnibus
locis earundem Civitat et Dioces Bathon et Wellen quoties videbitur expediens comit-
tendum, ac Substitutum sive substitutos huiusmodi ad tuum arbitrium revocandum, Et genera-
liter omnia et singula alia faciend, exercend et expediend que in premissis aut circa ea
necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna iuxta Constitutiones sive Canones predictos.
Tibi vices nras comittimus cum cuiuslibet congrue et legitime coercionis potestate ad nostrum

beneplacito

